MASTER
NEGATIVE
NO. 92-80818-3

AUTHOR:

PIERLEONI, GINO

TITLE:

ANALECTA CRITICA

PLACE:

NEAPOLI

DATE:

1931

Master Negative #

92-80818-3

COLUMBIA UNIVERSITY LIBRARIES
PRESERVATION DEPARTMENT

BIBLIOGRAPHIC MICROFORM TARGET

Original Material as Filmed - Existing Bibliographic Record

887
P612 Pierleoni, Gino,

Analecta critica, scripsit Ginus Pierleoni. Neapoli, Apud Franciscum Perrella, 1931.
4 p.l., ‹3›-225 p. 25½ cm.

Contents.-- De Simonis Atheniensis Περὶ ἱππικῆς libello.-- Epimetrvm. De Xenophantis Cynegetico. Ad Xenophontis opvscvla.-- Μεταθεῖν.-- Ad Manilii Q. D. Astronomica.-- De Fulvii Vrsini Priapeorvm Aldina.

11710

Restrictions on Use:

TECHNICAL MICROFORM DATA

FILM SIZE: 35mm REDUCTION RATIO: 12X
IMAGE PLACEMENT: IA (IIA) IB IIB
DATE FILMED: 10/22/93 INITIALS JAMES
FILMED BY: RESEARCH PUBLICATIONS, INC WOODBRIDGE, CT

ANALECTA CRITICA

SCRIPSIT

GINUS PIERLEONI

NEAPOLI
APUD FRANCISCUM PERRELLA
MCMXXXII - X

ANALECTA CRITICA

SCRIPSIT

GINUS PIERLEONI

NEAPOLI

APUD FRANCISCUM PERRELLA

MCMXXXI - X

ARPINO 1931 — Società Tipografica Arpinate

N. D.
ADELAIDI PIGNATELLI STRONGOLI
DEL BALZO
HVIVS MAGISTERII SVPERIORIS
PRAESIDIO ET DVLCI DECORI
D. D.

NEAPOLI, M. OCT. A. MCMXXXI
POST FASCES RESTITVTOS X

HOC VOLVMINE CONTINENTVR

DE SIMONIS ATHENIENSIS

περὶ ἱππικῆς LIBELLO

Fragmentum cui inscribitur *Σίμωνος Ἀθηναίου περὶ εἴδους καὶ ἐπιλογῆς ἵππων*, primus, Bussemakeri schedis usus, in lucem protulit Carolus Daremberg, a. MCCCLIV;[1] ediderunt deinceps Frid. Blass,[2] Lud. Dindorf,[3] Eug. Oder,[4] I. Soukup,[5] Fr. Rühl,[6] novissime E. Oder, C. Hoppe.[7]

Quorum vv. dd., in primis Blassii, Oderi, Soukupii studio et opera, orationis contextus mirum quidem in modum profecit; sed tam prave corrupta tradita scriptura ad nos pervenit, ut vix cuiusquam ingenii acie eam sanari posse sit confitendum. Attamen haud inutile duxi, antequam de libello ex quo excerptum esset inquirerem, denuo fragmentum in iudicium vocare, testimonia addens ex quibus pateret quam perite Simon equi corporis virtutes descripsisset,[8] siquidem eius praecepta fere immutata posteriorum[9] rei equariae scriptorum tamquam norma et regula exstiterunt.

Fragmentum servaverunt

cod. Cantabrig. 3, 19 coll. Emman., saec. XII exaratus (C); primus contulit Bussemaker;

---

[1] Archives des missions scientifiques et littéraires III p. 47.

[2] in libro miscellaneo in hon. Frid. Ritschelii a soc. philol. Bonnensi edito, MDCCCLXIV.

[3] in edit. Xen. opusculorum, Oxonii, MDCCCLXVI, p. XX sqq.

[4] in Musei Rhenani vol. LI (MDCCCLXXXXVI), p. 67 sqq. et 312 sqq.

[5] in Commentationibus Aenipontanis editis ab E. Kalinka, VI (MCMXI) '*De libello Simonis Atheniensis de re equestri*'.

[6] in ed. Xen. scriptorum minorum, Lipsiae, MCMXII, p. 198 sqq.

[7] in Hippiatricorum graecorum corpore, Lipsiae, MCMXXVII, II p. 228 sqq.

[8] Quanta in hoc Simonis fuerit scientia atque peritia ex iis quoque colligimus quae in comment. disputavit Souk., Iohannis Purlein, medici equarii, doctrina nisus; cf. Wickert *R. E.* V 175.

[9] v. quae de Cassio Dionysio exposuit Oder, *Anecd. Cantabr.* I 20.

cod. Sloanianus Musei Britannici 745, saec. XII-XIII; primus Oderus contulit (L).

Codicem L ex C non esse descriptum demonstravit Souk.; de utriusque autem auctoritate et fide sic statuit Rühl (praef. p. XIX): ' est autem cod. Sloan. non solum multo minus quam Cantabr. incuria librariorum depravatus, sed etiam quaedam verba servavit quae in illo desunt; melior tamen non est, cum verba tradita hic illic a docto Graeco mutata sint, ut sensum aliquem praeberent vel praebere viderentur '.

Cum tamen in L adhuc verba exstent corrupta, quibus facile vir doctus mederi potuit, non est, mea quidem sententia, cur L minoris quam C faciamus. Ceterum in C quoque vel eius archetypo uno saltem loco viri docti cuiusdam temptamen, nisi fallor, invenio (sect. 10), qui *καί* ante *ὥσας* addidit, ut lacunam ex homoeotel. quodammodo expleret.

Utcumque res est, iam librorum unde C et L fluxerunt scripturam valde fuisse depravatam ex plurimis utrique codici communibus erroribus patet.

SIGLORUM CONSPECTUS.

Testimonia: Anat. = Anatolii excerpta: *Hipp.* II 120 sq. — Aps. = Apsyrtus: *Hipp. Berol.* XIV 2 sqq., I 78 sqq. — *Aps.* = (Apsyrtus); *Hipp. Berol.* CXV 1 sqq., I 372 sqq. — P = Pollucis *Onom.* I. — Theomn. = Theomnestus: *Hipp. Cant.* XCIII 12 sqq., II 231 sqq. — Xe. = Xen. *R. Equ.* I.

Varia lectio: C = cod. Cantabr.; L = cod. Londin. — B = Blass; Da = Daremberg; D = Dindorf; O = Oder; O-H = ed. Oder-Hoppe; R = Rühl; Sou = Soukup. — Pi. = Pierleoni.

ΣΙΜΩΝΟΣ ΑΘΗΝΑΙΟΥ
ΠΕΡΙ ΕΙΔΟΥΣ ΚΑΙ ΕΠΙΛΟΓΗΣ ΙΠΠΩΝ.

*Δοκεῖ μοι περὶ ἰδέας ἱππικῆς πρῶτον, ⟨εἴ τις⟩ ἐπιθυμεῖ εἰδέναι καλῶς τοῦτο τὸ μάθημα, τὴν πατρίδα γιγνώσκειν, ὡς ἔστιν κατά τε τὴν Ἑλλάδα * χώραν κρατίστη ἡ Θετταλία. 2. τὸ δὲ μέγεθος τρία τῶν ὀνομάτων ἐπιδέχεται· μέγα, μικρόν, εὐμέγεθες, ἢ εἰ βούλει σύμμετρον, καὶ δῆλον ἐφ' οὗ τῶν ὀνομάτων ἁρμόσει ἕκαστον· κράτιστον δὲ ἐν παντὶ ζῴῳ ἡ συμμετρία. 3. χρόαν δὲ οὐκ ἔχω ἵππων ἀρίστην ὁρίσαι· δοκεῖ δέ μοι ὅμως ἥτις ὁμόχρως ἐστὶ χαίτη ἑαυτῇ ὅλη καὶ εὔθριξ μάλιστα ἀρίστη εἶναι ὡς ἐπὶ πολύ, ⟨ἥπερ⟩ ἡ πορρωτάτω ὄνου καὶ ἡμιόνου. 4. ὃ δὲ οὐδενὸς εἰς διάσκεψιν ἔλαττον, δεῖ τὸν ἵππον ἄνω μὲν εἶναι βραχύν, κάτωθεν δὲ μακρόν, οἷον ἀπὸ μὲν τῆς ἀκρωμίας ἐπὶ τὰ ἰσχία βραχὺ τὸ χωρίον ἔχειν, ἀπὸ δὲ τῶν ὀπισθίων μηρῶν ἐπὶ τοὺς ἔμπροσθεν*

---

3 *Θετταλία: ἐν ὅλῃ δὲ τῇ Ἑλλάδι διαφέροντες οἱ Θετταλοί Aps.* 4 *εὐμέγεθες:* Xe. 17, Aps., *Aps.*, Anat. 5 *σύμμετρον:* cf. Xe. 17. 8 *χαίτη: χ. εὔθριξ laudat, ψιλήν improbat; ἀμείνων δὲ ἡ ὁμόχρως χαίτη καὶ εὔθριξ* P. 217; *χαίτη* Xe. V 7, 8. *χ. ἁπαλότριχα, βαθεῖαν, οὐλοτέραν εἰς τὰ δεξιὰ νεύουσαν* Anat.

---

1 *δοκεῖ ⟨δὲ⟩ post lac.* B *ἱππικῆς (ἐπισκεπτέον εἶναι)* B *πρῶτον huc* B *⟨—⟩ omnes praeeunte* B *ἐπιθυμεῖ πρῶτον* C *δεῖν πρῶτον* L *⟨πρῶτον μὲν οὖν χρὴ⟩ τὴν* B 2 *γιγν. ⟨δεῖν⟩* R *ἔστι* L *ἔστιν *** R, O-H 3 *τε: γε* B 5 *lac. stat.* Pi; *an ⟨καὶ τὴν ἄλλην⟩? θετταλία cum* L *edd.* 6 *χρόᾳ* C: *χρόα* B, O-H; *χαίτη* Sou 7 *ἵππων: εἰπεῖν* L *ἀρίστην: ἀρετὴν* C, O-H *⟨χαίτη⟩ ἥτις e Poll.* B, O-H *ὁμόχρως e Poll.* D: *ὁμόχρους* 7-8 *ἐστι χαίτη* Pi: *ἐστιν αὐτῇ* C L: *ἐ. αὐτὴ* B 8 *πολλῷ* C *⟨τὸ⟩ πολὺ* B 9 *⟨—⟩* Pi: *⟨καὶ⟩ ἡ* R: *ἢ ⟨ἡ⟩* Sou, O-H: *⟨ἔτι δὲ⟩ ἡ* B: *ἣ* C: *ἡ* L 10 *βραχὺν: βραχὴ* L 11 *μακρὸν* B: *μικρὸν* 11 *βραχὺς* C 12 *ἔχειν* B: *ἔχει* *μηρῶν* Sou R O-H: *μερῶν* C L: *σκελῶν* B *τοὺς* Pi: *τὰ.*

μακρὸν ὡς πλεῖστον· εἶτα εὔποδα εἶναι. 5. ὁπλὴ μὲν οὖν ἀγαθὴ† ἵππῳ ἀγαθῷ ἢ† τὰ τοῦ ἵππου σκέλη ἐλαφρὰ καὶ εὔφορα, καὶ μήτε πλατεία μήτε ὑψηλὴ ἄγαν, ὀλίγον δὲ τὸν ὄνυχα παχὺν ἔχει. ἔστι δὲ αὐτὸς τεκμήριον καὶ ὁ ψόφος τῆς ὁπλῆς τῆς ἀγαθῆς· κυμβαλίζει γὰρ ἡ κοίλη μᾶλλον ἢ ἡ πλήρης καὶ σαρκώδης. τὸ δὲ μετακύνιον ἐχέτω ὑγρόν, κυνοβάτης δὲ μὴ ἔστω· δασέα δὲ [καὶ] παρὰ τὰς κνήμας ἐχέτω τὰ περὶ τὴν περόνην [ἰσχία καὶ τὴν κνήμην], καὶ νευρώδη καὶ ἄσαρκα ὡς μάλιστα ⟨τὰ⟩ ἄχρι τοῦ γόνατος, τὰ δὲ ἄνωθεν τούτου καὶ σαρκωδέστερα καὶ ἰσχυρότερα.

---

1 εὔποδα 17 (cf. III 12); κακόπους *improbat* 2 Xe.; εὔπους P. 194; Aps., *Aps.* 2 εὔφορος (*de equo*) P. 194. 3 ὑψηλή: ὑψηλαί (αἱ ὁπλαί) Xe. 3. παχύν: οἱ γὰρ παχεῖς (ὄνυχες) πολὺ τῶν λεπτῶν διαφέρουσιν εἰς εὐποδίαν Xe. 3; ψόγος δ' ἵππων ὄνυχες λεπτοί P. 191; παχὺν τὸν ὄν. Aps., τὸν ὄνυχα παχύν Aps. *Hipp. Berol.* CIV 8, παχεῖα (ἡ ὁπλή) Theomn., ὄνυχας στερεούς Anat. 4 κυμβαλίζει: καὶ τῷ ψόφῳ δέ φησι Σίμων δήλους εἶναι τοὺς εὔποδας, καλῶς λέγων· ὥσπερ γὰρ κύμβαλον ψοφεῖ πρὸς τὸ δάπεδον ἡ κοίλη ὁπλή Xe. 3; ὁπλαὶ κοῖλαι *et* εὔοπλος P. 194; οἱ κάτωθεν κοίλην (τὴν ὁπλὴν) ἔχοντες ... καὶ ἐν περιπάτῳ ψόφον ποιοῦντες Aps. *Hipp. Berol.* CIV 3, ὁ γὰρ κοῖλος τὴν ὁπλὴν ἵππος ἐν τῷ κατεπιπέδῳ κυμβαλώδη τινὰ τὸν ἦχον ταῖς αἰσθήσεσι τῶν ἀκουόντων παρέχει Theomn. 5 πλήρης καὶ σαρκώδης: ὁπλαὶ πλήρεις σαρκώδεις *improbat* P. 191. μετακύνιον: κυνήποδες ἔγκοιλοι στερεοί *laudat* 188, παχεῖς *improbat* 191 P. cf. *Aps.* 4; ὁ κυνόπους τοῦ σφυροῦ μήτε μέγα μήτε μικρὸν ἔχων διάστημα κτλ. (cf. Xe. 4) Theomn. 6 κυνοβάτης: τὰ μεσοκύνια μὴ λίαν ὑψηλά, ... μηδὲ κυνοβάτης ἔστω Aps. 54; οἱ κυνοβάται λεγόμενοι *Aps.* 4; κυνοβάμων Hesych. 7 παρὰ τ. κν.: κνήμας εἰς ἰσχνὸν κάτω ἰούσας ψιλὰς τριχώσεως Theomn. 8 νευρώδη καὶ ἄσαρκα ... γόνατος: τῶν ... κνημῶν τὰ ὀστᾶ ... παχέα ...· οὐ μέντοι φλεψὶ οὐδὲ σαρξὶ παχέα Xe. 5; κνῆμαι ἄσαρκοι P. 188; τά γε ὑπ' αὐτὰ (γόνατα) σκέλη καὶ κνήμας μὴ μεγάλα, ὀστώδη, ἄσαρκα καὶ νευρώδη μᾶλλον ... Ἐπάνω δὲ τῶν γονάτων παχέα καὶ σαρκώδη καὶ ἰσχυρά Aps.

---

1 μακρὸν B: μικρὸν εὔποδα ⟨δεῖ⟩ O 2 [ἀγαθῷ] B O-H ἢ: καὶ L τὸ τοῦ ἵππου σκέλλη C, *del.* B, O-H δὲ σκέλη L τὰ τοῦ ἵππου σκέλη * ⁼ DA εὔφορος C 3 πλατέα L ὑψηλὰ C L ⟨ἔτι δὲ (καὶ R, O-H) ἡ σαρκὸς μὲν⟩ ὀλίγον B R O-H δὲ τὸν: τὸν δὲ B R O-H ἔχειν L ἔστι: ἔτι L 4 αὐτὸς DA: αὐτῇ C: ἑαυτῷ L: αὐτῷ (*scl.* τῷ ἵππῳ) O 5 κοίλη DA: κοιλία 6 δασέα: ⟨ὀστώ⟩δεις O-H [καὶ παρὰ] O-H [καὶ] B: τὰ B ⟨καὶ⟩ τὰ B O-H 7-8 [—] Pi: [ἰσχία] B O-H τὴν κνήμην ⟨ἰσχνὰ⟩ O-H 8 ⟨—⟩ Pi γόνατος B: γονάτων.

6. τὴν δὲ διάστασιν τῶν σκελῶν ἐχέτω ὡς μεγίστην· τὰ δὲ στήθη μὴ στενὰ ἔχων λίαν, μηδὲ πλατέα ἄγαν, καὶ τὴν ὠμοπλάτην ὡς μεγίστην καὶ πλατυτάτην, τὴν δὲ μασχάλην μικράν, τὸν ⟨δ'⟩ αὐχένα καὶ τὴν προτομὴν ὀρθὰ ἐχέτω, μὴ τὴν ἔκφυσιν ἀνάσιμον εἰς τὴν ἀκρωμίαν, ⟨ἀλλ'⟩ ὡς παχυτάτην καὶ πλατυτάτην. παρὰ δὲ τὴν σιαγόνα ὁ αὐχὴν ἔστω λεπτός, ὑγρός, ἀνάσιμος εἰς τοὔπισθεν, πάλιν δὲ ἐκ τοῦ λεπτοτάτου εἰς τὸ πρόσθεν κατακαμπτέσθω. 7. καὶ τὴν κεφαλὴν προαγέτω δέ, καὶ μὴ βραχὺς ἔστω ὁ αὐχήν, τὴν δὲ κορυφὴν ὑψηλὴν ἐχέτω. ἡ δὲ κεφαλὴ ἐπισημοτάτη, ἐλαφρά·

---

1 διάστασιν: καλὸν εἰ τὴν διάστασιν ἔχοι τῶν σκελῶν ὡς μεγίστην· ὑπάρξει γὰρ αὐτῷ διὰ πλείστου τὰ σκέλη ῥίπτειν, Σίμων λέγει P. 193; καὶ ὡς μάλιστα διάστασιν ἔχοντα Aps. 1-2 στήθη μὴ στενά: στήθη στενὰ *improbat* στέρνα πλατέα *laudat* P. 191, 190; στέρνα πλατύτερα Xe. 7; στῆθος πλατὺ Aps. στέρνα ... διπλᾶ στρογγύλα Theomn. στῆθος εὐρύ, πλῆρες καὶ μεμυωμένον Anat. 2 ὠμοπλ.: ὠμοπλάτας κοίλους *improbat* P. 191 μεγάλας *laudat* Aps. ὠμ. μεγάλας, διατετυπωμένας Anat. 3-4 αὐχένα ... ὀρθά: αὐχὴν ... ὥσπερ ἀλεκτρυόνος ὀρθὸς πρὸς τὴν κορυφήν Xe. 8; cf. P. 139. 4 προτομήν: προτομὴ βραχεῖα *laudat* P. 189. τὴν ἔκφυσιν: κρείττονες οἱ τὴν ἔκφυσιν ἔχοντες τῆς συνωμίας ὑψηλοτέραν *Aps.* 5. 6-7 ὑγρὸς -κατακαμπτέσθω: λαγαρὸς ... τὰ κατὰ τὴν συγκαμπήν Xe. 8. αὐχένα ἐχέτω ἀκόλουθον τῇ κεφαλῇ, ἀρχόμενον μὲν ἀπὸ στενοῦ, βαίνοντα δὲ ἀφελῶς καὶ ἀναλόγως τοῖς μεγέθεσιν, οἷον ἀλεκτρυόνος Theomn. 8 μὴ βραχύς: αὐχ. προμήκη *improbat* 191 ἀνατεταμένον καὶ ὑψηλὸν *laudat* 218 P. αὐχ. μὴ βραχύν Aps. (ἵππον) ὑψαύχενα Anat. 9 κορυφὴν ὑψ.: κ. μείζων Xe. 11; μεγάλη P. 217. 9 ἐπισημοτάτη, ἐλαφρά: βαρεῖαν σαρκώδη *improbat* P. 191; ὀστώδης *laudat* Xe. 8; μικρὰν ... καὶ κούφην τὴν κεφ· ἔστω δὲ πᾶσα ἄσαρκος ... αἵ τε φλέβες ... προδήλως ὁραθήσονται Theomn. μικρὰν καὶ διηρθρωμένην Anat. *qui* φλέβας εὐσήμους *corporis laudat.* μεγάλην καὶ μὴ ἱππώδη *laud.* Aps. (*de asino*).

---

1 μεγίστην ⟨ὑπάρξει γὰρ αὐτῷ διὰ πλείστου τὰ σκέλη ῥίπτειν⟩ (= Poll. 193) B R O-H 2 ἔχων: ἐχέτω O-H πλατέα B: πλατεία C πλατεῖα L 3 πλατυτάτην: '*ad haec* ἄριστος ἂν εἴη *aut eiusmodi quid desideratur*' B μικρὰν ⟨ἄριστος ἂν εἴη⟩ R ⟨δ'⟩ Pi ⟨δὲ⟩ O-H 4 προνομὴν L ὀρθὸν C τὸν αὐχ. ὀρθὸν ἐχέτω καὶ τὴν πρ., μὴ Sou 5 τῆς ἐκφὺς C ⟨ἐπὶ⟩ τῆς ἐκφύσεως O — ἄσιμον L εἰς ⟨δὲ⟩ O ⟨—⟩ Pi ὡς: χῶς Sou O-H. 6 εἰ τοῦ πείσθεν C 7 λεπτότατον C τὸ B: τὰ κατακαμπτέσθην C δὲ: [δὲ] D R: δὴ B O-H ⟨ὧ⟩δε? Pi 8 ἔστω DA: ἐστιν 9 τὴν-ἐχέτω *post* ἐλαφρὰ Sou ⟨ἔστω⟩ δὲ ἡ κεφ. O-H [ἐπισημ.] Sou, *at cf.* Poll. (ἐλαφρᾷ *opponitur* βαρεῖα, ἐπισημοτάτῃ *autem* σαρκώδης); ἐπίσιμος ἔστω B ⟨καὶ⟩ ἐλαφρὰ O-H.

τὼ δὲ μυκτῆρε ὡς μεγίστω ⟨ἐχέτω⟩, τὰς δὲ γνάθους μὴ παχείας καὶ ὁμαλὰς πρὸς ἀλλήλας, τὼ δὲ ὀφθαλμὼ μεγάλω, ἔξω δὲ ὡς μάλιστα καὶ ἰδεῖν λαμπρώ, τὰ δὲ ὦτα μικρὰ καὶ τοὺς ὀδόντας, τὴν δὲ σιαγόνα ὡς μικροτάτην, τὰ δὲ μεταξὺ τοῦ αὐχένος καὶ τῆς σιαγόνος ὡς λαγαρώτατα. 8. τὴν δὲ ἀκρωμίαν ὡς μεγίστην καὶ τὴν ῥάχιν, τὰς δὲ πλευρὰς πλατυτάτας καὶ καθειμένας κάτω, τὴν δὲ ὀσφὺν ἐχέτω ὑγράν, (γνοίη δ' ἄν τις τὴν ὑγράν, εἰ μὴ ἐν ἀμφοῖν τοῖν σκελοῖν σταίη, ἀλλ' ὡς τὰ πολλὰ εἰς τὸ ἕτερον μεταβαίνοι τοῖν ὄπισθεν σκελοῖν), τὸ δὲ ἰσχίον μέγιστον καὶ πλατύ, τὴν δὲ λαγόνα ὡς μικροτάτην. †αἱ πλευραὶ καὶ αὗται ἔστωσαν πλατεῖαι καὶ τὸ ἰσχίον μέγα, μικρότατον δὲ καὶ ἀσθενέστατον τοῦ

---

1 μυκτ. ὡς μεγ.: ἀναπεπταμένα Xe. 11, P. 190, Theomn.; μεγάλους Aps. 2 ὀφθ. ... ἔξω: τὸ ἐξόφθαλμον *praefert* τῷ κοιλοφθάλμῳ Xe. 9; μὴ μικροὺς μηδὲ κοίλους Aps. ὄμμα προπετὲς ὡς ἐξόφθαλμον εἶναι *laud.*, κοίλους *improb.* P. 191; μέγας, προπαλὴς καὶ οἱονεὶ ἐκπηδῶν Theomn. 3 λαμπρώ: πυρώδεις *laud.* P. 189. ὦτα μικρά: μικρότερα Xe. 11; ἐλάττω 218 βραχέα 180 *laudat*, μεγάλα *improbat* 191 P. 4 σιαγόνα: μικρὰν σ. Xe. 8. 5 λαγαρώτ.: cf. Xe. 8 *(de collo)* λαγαρὸς πρὸς τὴν συγκαμπήν ἀκρ. - μεγ.: ὑψηλὴ ἀκρ. Xe. 11 ὑψηλά P. 189. 6 ῥάχιν: (ῥάχις) διπλῆ Xe. 11 ὀσφὺς διπλῆ, τὸ δ' αὐτὸ καὶ ῥάχις P. 190 ὀξεῖαν *improb.* 191; ῥ. διπλῆν Theomn. ἐγκαθημένην, ὁμαλήν Anat. πλευράς: πλ. βαθυτέρα καὶ πρὸς τὸν γαστέρα ὀγκωδεστέρα Xe. 12; πλ. βαθεῖαι προμήκεις P. 189; πλατείας Aps. πλευρὰς ... στερεὰς καὶ καθειμένας ἐν λαγόνι καὶ ἀνεστάλθω πρόσω τὴν λαγόνα Theomn. πλ. κεκυρτωμένας Anat. 7 ὀσφὺν ὑγράν, ... καὶ οὐ τὴν κατ' οὐρὰν λέγομεν, ἀλλ' ᾗ πέφυκε μεταξὺ τῶν τε πλευρῶν καὶ τῶν ἰσχίων κατὰ τὸν κενεῶνα Xe. XI 2. 9 ἰσχίον: ἰσχία πλατέα ... καὶ εὔσαρκα Xe. 13 *unde* P. 190; ἰ. μεγάλα Aps. ἰ. πεπληρωμένα πλάτος ἔχοντα διπλοῦν Anat. 10 λαγόνα: ὁ κενεὼν ... μικρότατος Xe. 12; λ. μικρούς Aps.

---

1 τοὺς-μυκτῆρας B μυκτῆρε D: μυκτῆρι ⟨δεῖ εἶναι⟩ ὡς B μεγίστους B ⟨ἐχέτω⟩ P ⟨ἔστων⟩ O τὰς δὲ γνάθους *ex* τὼ δὲ γνάτω C 1-2 τὼ ... γνάθω - παχεία - ὁμαλὰ O-H 2 τὼ D: τῶ C: τοὺς L B ὀφθαλμὼ D: -ῶ C: -οὺς L B μεγάλους L B μεγ. ⟨ἐχέτω⟩ O-H 3 ⟨κειμένους⟩ καὶ ἰδεῖν B ⟨κειμένω⟩ DA λαμπρὼ D -ῶ C -οὺς L B τὰ DA: τὸ 5 μεγ. ⟨ἐχέτω⟩ B 6 ῥάχιν DA: ῥάχην C L: *fort.* ῥάχιν ⟨διπλῆν⟩ O καθειμ- DA: καθημ. 7 δὲ *om.* C ἐχέτω *om.* L γνοίη DA: γνοίει 8 τοῖν DA: τὴν ὡς: οἷς C μεταβαίνοι DA: μεταβαίνειν 9 [τοῖν-σκελοῖν] B πλατὺν C: πλατύτατον B O-H 10-10,1 [αἱ πλευραὶ-σιαγόνα] *omnes praeeunte* B 11 μικρότατον-σιαγόνα *om.* L.

ἵππου ἢ σιαγόνα†. 9. τὰς δὲ μηριαίας δεῖ μὴ σαρκώδεις εἶναι. τοὺς δὲ ὄρχεις ἐχέτω μικρούς. τὸ δὲ μεταξὺ τῶν μηριαίων μὴ μετέωρον ἐχέτω μηδὲ πλῆρες, ἀλλ' ὀλίγον ἐγκοιλότερον, καὶ τὴν ἕδραν ὡς μικροτάτην καὶ ὡς πορρωτάτω ⟨τοῦ⟩ ἰδεῖν. τὴν δὲ κέρκον μετέωρον ἐχέτω καὶ ἐκ τῶν ἰσχίων δασεῖαν καὶ μακράν.

10. *Περὶ μὲν οὖν εἴδους ἵππων ταῦτα·* καὶ ὁ τὰ μὲν ἅπαντα ταῦτα μάλιστα ἔχων ἄριστος, δεύτερος δὲ ὃς τὰ τούτων ἔχει πλεῖστα· ὅσῳ γὰρ κέκτηται πλεῖστα, τοσούτῳ μεγίστας ὠφελείας παρέχεται.

11. Ἕλκεται δὲ πῶλος ἐκ τῶν πωλίων διέτης. περὶ τοῦτον τὸν χρόνον βάλλει τοὺς πρώτους ὀδόντας τριακοντάμηνος γεγονώς, τοὺς δευτέρους δὲ ἐνιαυτῷ ὕστερον, καὶ τοὺς τελευταίους ἑτέρῳ ἐνιαυτῷ καὶ ἐν ἐλάττονι χρόνῳ. ἀκμαῖος ⟨δὲ⟩ αὐτὸς ἑαυτοῦ γίγνεται εἴς τε ποδώκειαν καὶ ἰταμότητα ἔργων ἑξέτης γεγονώς.

---

2 ὄρχεις: μὴ μεγάλους Xe. 15 διδύμους μικρούς, ἰσομεγέθεις Anat. 5 κέρκον: οὐρὰ προμήκης· Σίμων δ' αὐτὴν καὶ κέρκον καλεῖ P. 190; *de cauda* Xe. V 7. 8; εὐμήκη, ἔνουλον Anat. 10 διέτης: διετῆ γεγονότα τὸν πῶλον ἐκ τῆς ἀγέλης ἕλκουσι καὶ δαμάζουσιν Aps., *Hipp. Berol.* CXVI 1. 11 τριακοντάμ.: τριακονταμηναῖος ὢν ὁ πῶλος προτοβολεῖ τοὺς μέσους· τοὺς δὲ δευτέρους ἀποβάλλει ἀρχομένου τοῦ τετάρτου ἔτους Aps.

---

1 τὰς δὲ μηριαίας B: τὰς δὲ μυρίας C: τὰ δὲ μυρία L: τὰ δὲ μηριαῖα R O-H σαρκ. B: σαρκώδης C σαρκώδη L R O-H 2 δὲ *post* τὸ *om.* L μηρίων L 3 μηδὲ: δὲ μὴ δὲ C ὀλίγον C ἐγκοιλότερον Pi: ἐγκολλώτερον C: εὐκολλώτερον L: ἐγκολλότερον Sou O-H: εὐκολπότερον DA R ⟨—⟩ B 7 ὁ τὰ Pi (cf. Herod I 32 ἣ δὲ ἂν τὰ πλεῖστα ἔχῃ αὕτη ἀρίστη): ὅτι ὁ 8 μάλιστα *om.* L πλείστας C 9 ὅσῳ O: καὶ ὥσας C ὅσα L γὰρ τοσούτῳ *om.* C τοσούτῳ O: τοσαῦτα L ⟨καὶ⟩ μεγ. O 10 τῶν *om.* L περί: παρὰ L: περὶ ⟨δὲ⟩ B τούτων τῶν χρόνων C 13 ἀκμαίως C: ἀκμαιότατος B ⟨—⟩ B 14 ποδώκειαν B: ποδόκιαν C: ποδωκίαν L.

Restat, quod ad verborum contextum attinet, ut de nonnullis locis dubiis pauca dicam.

1. πρῶτον ⟨εἴ τις⟩ ἐπιθυμεῖ. In his v., quae dedi cum Blassio cett., haud satis acquiesco. Verborum traditum ordi-

nem ut servarem, dubitanter conieci *ἐπιτήδειον πρῶτον ⟨πρὸς τὸ⟩*, verbi *ἐπιτήδειον (ἐπιθυμεῖ* C) postremas litteras in cod. L lect. *δεῖν* exstare suspicatus. (Cf. Aps. *Hipp. Berol.* CXVI *ἀναγκαῖον εἰδέναι καὶ τὰ γένη αὐτῶν*). At in hoc quoque valde haereo.

*ὡς ἔστιν κατά τε τὴν Ἑλλάδα * χώραν κρατίστη ἡ Θετταλία.* Blass *γε* pro *τε*; vereor ut recte, cum nusquam in hoc fragm. *γέ* particula inveniatur.[1] Lac. stat. Rühl post *ἔστιν*. Fuitne *κατά τε τὴν Ἑλλάδα ⟨καὶ τὴν ἄλλην⟩ χώραν?* Recte Apsyrtus *Hipp. Berol.* CXV 2 *Ἑλλαδικοὶ δὲ εὔποδες, εὐμεγέθεις, κτλ.· ἐν ὅλῃ δὲ τῇ Ἑλλάδι διαφέροντες οἱ Θετταλοί.*[2] At Simonis aetate, siquidem Atticum equitatum ex CCC Atheniensibus inter a. 477 et 472, ex M autem circ. a. 438.7 formatum esse probabile est,[3] nondum illa longinquarum regionum equorum genera posterr. aett. laudata, Athenis satis cognita fuisse consentaneum est. Ceterum satis diu in Hellade atque in Peloponn. parum equorum genera innotuisse (Helbig, p. 328) neque Atticos (cf. Herod. IX 13 *οὔτε ἱππασίμη ἡ χώρη ἦν ἡ Ἀττική*, atque Crat. fr. 346 K., Thuc. VII 27) equitatui studuisse constat. Ex XIX autem illis equorum generibus, quorum nomina in Hippiatricis legimus (v. Ind. I p. 458), alia improbantur (*Ἠπειρωτικοί, Θρᾷκες, Ἴστριοι*) alia, quae laudantur, Atheniensibus paulo post dimidium V saec. haud usu sed nomine tantum nota fuisse haud absurdum videtur, alia denique Thessalis non praestitisse putes.

Ex Hieroclis verbis (*Hipp. Berol.* I 12 *ἢ νὴ Δία γε Θετταλὸς ἢ Μαυρούσιος κτλ.*) Arcadibus, Cyrenaeis, Hibericis, Cappadocibus, Thessalos atque Maurusios praestitisse intelligimus. Libycos autem, ut Scythicos (Sarmaticos Plinii VIII 42), Xenophontis temporibus ignotos fuisse ex Arriani *Cyn.* I 4 accepimus.[4] Galli qui fuerint (Galatae Asiae min.?)

---

[1] sexies (ter in canum adhortationibus) tantum in XEN. *Cyn.*

[2] HELBIG, Mém. Acad. Inscr. et B. L. XXVII 2, p. 157.

[3] MAX MILLER, *Jagdw. d. alten Griech. u. Röm.*; München, 1868, p. 55.

[4] de XENOPH. Europaeorum canum generum ignorantia haec ARRIAN. *Cyn.* II 1 *ἄγνωστα γὰρ ἦν τὰ ἔθνη τῆς Εὐρώπης ὅσα ταύτῃ ᾠ-*

v. ap. R. Johannes, *de studio venandi apud Gr. et Rom.*, Gottingae, 1917, p. 71; at v. Tolkiehn, PhW. 1919, c. 581. Equis igitur, cum Graeciae tum cett. regionum, quos noverat, Thessalos antecellere (*ἵπποι Θεσσαλικοί, Λακεδαιμόνιαι δὲ γυναῖκες* Strab. IX 13) suo iure Simonem dixisse credibile esse videatur.

3. *δοκεῖ δέ μοι ὅμως ⟨χαίτη⟩, ἥτις ὁμόχρως ἐστὶν αὐτὴ ἑαυτῇ ὅλη καὶ εὔθριξ μάλιστα, ἀρίστη εἶναι*, e Poll. I 216, Blass, quem omnes edd. secuti sunt, praeter Souk. qui, in antecedd. *χαίτῃ* pro *χρόᾳ* scripto, supplementum respuit. At *χρόᾳ* genuinum esse patet (cf. Aps. I 80 *χρόᾳ γὰρ ἄτιμοι*). Equidem pro *ὁμόχρως ἐστὶν αὐτὴ* legendum suspicor *ὁμόχρως ἐστὶ χαίτη*, Polluce nisus, qui, cum *ἀμείνων δὲ ἡ ὁμόχρως χαίτη καὶ εὔθριξ* scripsit, Simonis verborum ordinem presse respexisse videtur (v. infra, p. 47).

In eo autem quod adnotavit Souk., hic 'de canis', senescentibus equis, 'crinibus commixtis', agi, valde haereo, cum h. loco nulla fiat aetatum distinctio neque de equo senescente mentionem illatam credas.

Post *ὡς ἐπὶ πολύ* secuntur in codd. *ἡ πορρωτάτω ὄνου καὶ ἡμιόνου*. Blassii supplementum ⟨*ἔτι δὲ*⟩ *ἡ πορρ.* recte Souk. improbavit. Conieci ⟨*ἧπερ*⟩ *ἡ πορρ.*, haplographiam suspicatus.[1]

4. *ἀπὸ δὲ τῶν ὀπισθίων μερῶν ἐπὶ τὰ ἔμπροσθεν μακρόν* C L. Recte, procul dubio, *μηρῶν* pro *μερῶν* Souk, quod Rühl, Oder-Hoppe in textum receperunt; at fortasse *τά*, quo nihil magis ambiguum in mensura corporis ineunda, correctori debetur qui ad *μέρη* sententiam rettulit. Scripsi *τούς*. Xenophon I 7, 14 *μηροὶ ὑπὸ τὰς ὠμοπλάτας* et *ὑπὸ*

κισται, ὅτι μὴ τῆς Ἰταλίας ὅσα Ἕλληνες κατέσχον, ἢ ὅσας κατ' ἐμπορίαν διὰ θαλάσσης ἐπεμίγνυον. Inter optimos primum Thessali obtinent locum ap. ARRIAN. XXIII 1. Thess. equos apud Romanos quoque *κατ' ἐξοχήν* primas tulisse scimus; cf. LAUCHERT, *Weidw. d. Römer*, Rottw., 1848, p. 8.

[1] de pronominibus, particulis, coniunctionibus cum *-περ* compositis, excultioris dicendi generis propriis, v. ROQUETTE, *de Xen. vita*, Regimontii, 1885, p. 42. At ne in *Cyn.* quidem desunt. Ceterum in loco Simoni, ut vid., adiudicando (Poll. 203) *ἅπαπερ* legimus.

τῇ οὐρᾷ recte distinxit. Cf. Poll. 193 *οἱ πρόσθεν πόδες καλοῖντ' ἂν οἱ πρόσθιοι, οἱ ἔμπροσθεν, οἱ ὑπὸ τὰς ὠμοπλάτας... οἱ δὲ λοιποὶ ὀπίσθιοι, οἱ κατόπιν..., οἱ ὑπὸ τὴν οὐράν,* de pedibus loquens, sed quae de feminibus Sim. dixerat respiciens.

5. Insanabilem locum *ὁπλὴ μὲν οὖν ἀγαθὴ ἵππω ἀγαθῶ (ἀγαθὸν L) ἢ (καὶ L) τὸ (τὰ L) τοῦ ἵππου σκέλλη (δὲ σκέλη L) ἐλαφρὰ καὶ εὔφορος (εὔφορα L) καὶ μήτε πλατεῖα (πλατέα L) μήτε ὑψηλὰ ἄγαν ὀλίγον δὲ τὸν ὄνυχα παχὺν ἔχει* intactum relinquere malui.

Haec tamen animadverto. *Εὔφορος* C, at suprascr. *εὐκόλως κινούμενα;* quae interpretatio in archetypo, ut cett. in C i. v. additae, iam ut vid. exstans, cod. L scripturam *εὔφορα* confirmat.

Ἐλαφρὰ καὶ εὔφορος, de *ὁπλῇ* dicta, huius partis notas de magnitudine et specie consequi, non antecedere debebant, cum *ἐλαφρότης* et *εὐφορία* ex illis efficiantur.

Blassium autem qui *ἀγαθῷ* delevit gravius hic vitium latere non fugit.

Ἔτι δὲ ἡ σαρκὸς μέν add. Blass ante *ὀλίγον*. At carnis mentionem sic nudam ad interiorem *τῆς ὁπλῆς* partem (sc. ad *τὴν χελιδόνα*) referri parum intelligitur.

Ὀλίγον ... παχύν nihil habet quod improbemus.

Improbat quidem *ὄνυχας λεπτούς* Poll. I 191; laudat *τὸν ὄνυχα παχύν* Apsyrtus *Hipp. Berol.* CXIV 4; haec autem Xen. (I 3): *οἱ παχεῖς ὄνυχες πολὺ τῶν λεπτῶν διαφέρουσιν εἰς εὐποδίαν.* At inter *παχεῖς* et *λεπτούς* est medium quiddam, sc. *ὀλίγον παχύς*. Quod si Xen. *ὑψηλὰς ὁπλάς* laudavit, Simon autem *μὴ ἄγαν ὑψηλάς*, atque *στήθη μὴ στενὰ λίαν μηδὲ πλατέα ἄγαν* voluit Simon, Aps. autem *στῆθος πλατύ* laudavit, *στήθη στενὰ* improbavit Poll., non video cur de codd. scriptura dubitemus.

Adde, si *αἱ ὁπλαί* esse debent *μὴ πλατεῖαι*, intus autem cavae *(κοῖλαι)*, unguem [1] prorsus crassum esse non posse.

[1] Unguem ab ungula distinguendum esse admoneo; v. infra, p. 37.

Κυμβαλίζει γὰρ ἡ κοίλη κτλ.; desiderari vid. in antecedd. huius *κοίλης ὁπλῆς* mentio; *σαρκώδης* autem quae sit nunc quidem ex *κοίλη* et *πλήρης* v. intelligitur.

Mihi igitur persuadeo verba quae editt. deleverunt *τὸ τοῦ ἵππου σκέλη* corrupta quidem at non spuria esse; *ἐλαφρὰ καὶ εὔφορα* scribendum atque haec adiectiva ad *σκέλη* referenda; *ὀλίγον ... παχύν* genuina esse. Sensum fere, nisi fallor, haec v. reddant: *ὁπλὴ ⟨ἡ κοίλη⟩ μὲν οὖν ἀγαθή, ἣ ποιεῖ* (pro *ἵππῳ?*) *ἀγαθὰ καὶ τὰ τοῦ ἵππου σκέλη, ἐλαφρὰ καὶ εὔφορα, καὶ μήτε πλατεῖα μήτε ὑψηλὴ ἄγαν.* Locum respexit Xen. I 2; Pollux autem I 194 de equo: *εὔπους εὔοπλος εὔφορος.*

δασέα δὲ [καὶ] παρὰ τὰς κνήμας ἐχέτω τὰ περὶ τὴν περόνην [ἰσχία καὶ τὴν κνήμην], καὶ νευρώδη καὶ ἄσαρκα ὡς μάλιστα ⟨τὰ⟩ ἄχρι τοῦ γόνατος, τὰ δὲ ἄνωθεν τούτου καὶ σαρκωδέστερα καὶ ἰσχυρότερα scripsi.

⟨Ὀστώ⟩δεις Oder-Hoppe pro librorum mss. *δασέα*, peracute, collato Xen. I 5 *κνημῶν τὰ ὀστᾶ παχέα χρὴ εἶναι ... οὐ μέντοι φλεψί γε οὐδὲ σαρξὶ παχέα.* At fortasse in codd. scriptura insistere licet. Simonis enim sententia haec esse potuit: pilosam, prae ceteris tibiae partibus, quas *ψιλὰς τριχώσεως* voluit Theomn., eam esse debere quae iuxta imam tibiam [1] est, unde cirrus oritur.

Tibiae ossa crassiora non voluisse Simonem ex iis quae secuntur *(ἰσχυρότερα)* colligimus.

Νευρώδη autem *καὶ ἄσαρκα ἄχρι τοῦ γόνατος* vel *τὴν κνήμην* vel *τὰ περὶ τὴν περόνην καὶ τὴν κνήμην* ineptissime dici nemo est quin videat, cum *ἄνωθεν τοῦ γόνατος* de tibia vel de fibula absurdum sit mentionem facere. [2] Addidi *τά* post *μάλιστα*, de omnibus cruris inferioris partibus, praeter ungulam, haec dicta intellegens, quibus apte opponuntur *τὰ ἄνωθεν τοῦ γόνατος*.

[1] ' les médecins ont pris ce mot (sc. *περόνη*) pour exprimer la tête d'un os, et dans l'usage commun il signifie la cheville du pied ' recte Courerius.

[2] Apsyrt. I 58 *τὰ ὑποκάτω τῶν γονάτων ἃ λέγεται κνῆμαι.*

Verba autem *ἰσχία καὶ τὴν κνήμην* additamentum sapiunt ad v. *τὰ ἄχρι τοῦ γόνατος (= κνήμη), τὰ δὲ ἄνωθεν τ. (= ἰσχία)* pertinens; inclusi.

Quod si Apsyrtus, qui, in asini forma describenda, Simonem de equo respexit,[1] haec scripsit I 79: *καὶ τὰ ὑπ' αὐτὰ* (sc. *τὰ γόνατα*) *σκέλη καὶ κνήμας ὀστώδη ἄσαρκα καὶ νευρώδη μᾶλλον*, animadvertendum est eum de asino locutum esse; asinum autem ab equo non auriculis tantum differre.[2]

6. *μὴ τὴν ἔκφυσιν ἀνάσιμον εἰς τὴν ἀκρωμίαν ⟨χ⟩ὼς παχυτάτην καὶ πλατυτάτην* ediderunt Oder-Hoppe, praeeunte Souk. Haud scio an verisimilius videatur post *-AN* excidisse *ΛΛΛ*.

7. *καὶ τὴν κεφαλὴν προαγέτω δέ.* In *δή* particula (Blass; *δέ* CL, incl. Rühl), quam nusquam legimus in frg., dubius haereo.

8. *αἱ πλευραὶ -ἡ σιαγόνα.* Haec tamquam interpolata deleverunt inde a Blassio editores. ‘ His verbis repetuntur tantum modo eae res, quae iam expositae sunt ’, Souk. Non omnes. Mea quidem sententia prorsus corrupta haec eaque ex quibus nihil fere erui possit, at aliquid latet quod respexisse vid. Xen. cum scripsit I 12: *καὶ ὁ κενεὼν δὲ οὕτω μικρότατος φαίνεται, ὅσπερ μέγας ὢν μέρος μέν τι καὶ αἰσχύνει, μέρος δέ τε καὶ ἀσθενέστερον καὶ δυσφορώτερον αὖ τὸν ἵππον παρέχεται.* Alicuius autem momenti hoc esse videtur, eadem fere scripsisse Apsyrtum, qui Simonem identidem auctorem habuit, *Hipp. Berol.* CXV 5: *οἱ τὰς λαγόνας ἔχοντες μεγάλας ἀσθενέστεροι τῇ δυνάμει καὶ δυσειδεῖς.*

Fortasse pro *σιαγόνα* scriptum fuit *λαγών* atque eadem fere fuit loci sententia quae ap. Xen. et Aps., equum cui essent *αἱ λαγόνες μεγάλαι* fieri *αἰσχρότατον* (hocne sub *μικρότατον* v. CL latet?) *καὶ ἀσθενέστατον*. In verbis autem restituendis augure opus est.

---

[1] cf. Dind., praef. ed. Ox. p. XXI n.

[2] *γόνατα ⟨μὴ⟩ μεγάλα καὶ στρογγύλα* scripsit Oder 79, 21; in supplemento haereo, cum de asino agatur.

9. *τὰς δὲ μηριαίας* Blass, Souk., *τὰ -μηριαῖα* Rühl, Oder-Hoppe; at non est cur a Blassii emendat. (quam cod. C scriptura *τὰς ... μυρίας* et *σαρκώδης*, pro *εις*, confirmat) abscedamus.

Μηριαῖαι quidem ap. Xen. XI 4 (cf. *Cyn.* IV 4; 8) atque Poll. 199. Quod vocabulum ‘ femur ’ audit Dindorfio atque lexicographis, tamquam idem sit atque *μηρός*; vix recte, Simone quoque auctore, qui *μηριαίας μὴ σαρκώδεις* voluit, femur autem *(τὰ ἄνωθεν τοῦ γόνατος) σαρκωδέστερον*. Apparet igitur femur extrinsecus tantum teres carnosumque[1] esse debere; atque revera ita esse scimus. Recte vertit Souk. ‘ die Innenseiten der Schenkel ’. Quae tamen ut accuratius inquiramus conferendus est Xen. XI 4 *εἰσὶ μέντοι οἳ καὶ ταῦτα διδάσκουσιν οἱ μὲν ῥάβδῳ ὑπὸ τοὺς ἀστραγάλους* (posteriorum pedum partem hanc esse constat), *οἱ δὲ καὶ βακτηρίᾳ παρατρέχοντά τινα κελεύοντες ὑπὸ τὰς μηριαίας παίειν*. Hodie quoque segnis equi vel talos posteriores vel interiorem infra clunes femuris partem (quam molliorem delicatioremque esse nemo ignorat) percuti videmus.[2]

Cf. denique *Cyn.* IV 1, quo loco canum posteriores corporis partes inde a cauda deorsum memorantur *μηριαῖαι, ὑποκώλια, σκέλη, πόδες*; praeterea IV 8 *ἐπὶ δὲ ταῖς μηριαίαις ἄκραις τρίχας ὀρθάς* (parum accurate Hesych. v. *σμήριγγες: καὶ τῶν κυνῶν ἐν τοῖς μηροῖς... ὀρθαὶ τρίχες*). Arrianus quoque *Cyn.* V 9 *ὑποκώλια* post *οὐράν* memorat. In leporis autem corporis partibus describendis (*Cyn.* V 30) silet quidem Xen. de *μηριαίαις*, laudat tamen *μηροὺς μακροὺς εὐπαγεῖς, ἔξωθεν μὲν ἐπιτεταμένους, ἔνδοθεν δὲ οὐκ ὀγκώδεις· ὑποκώλια κτλ.*

Ex quibus colligitur *τὰς μηριαίας* in posteriore femure esse; femuris autem posterioris exteriorem partem ab interiore distingui; hanc alteram appellari *μηριαίαν*. Quae si crassior non sit, *οἱ μηροὶ* subtiliores fiunt; hoc recte intellexit cod. C schol.: *ἤγουν οἱ μηροὶ ἔστωσαν λεπτοί.*

---

[1] *ἰνώδεις* Polluci; *σαρκώδης* Apsyrto.

[2] ne trunci pelles singilletur pilive terantur.

Cum autem in lepore (*Cyn.* V 30) de interiore *τῶν μηρῶν* parte mentio fiat verbis *ἔνδοθεν δὲ οὐκ ὀγκώδεις*, verbo *ὑποκώλια* ‘partem femurum interiorem’ significari, ut Schneid. Dind. voluerunt, vix credas; *τὸ ὑποκώλιον* enim est pars crassior ossea (*ἐπίφυσιν* vocant medici) *ὑπὸ τὴν κωλήν*, qua de causa *Cyn.* IV 1 et Arrian. *Cyn.* V 9 memoratur inter *τὰς μηριαίας* et *τὰ σκέλη*. Atque cf. *Cyn.* V 10 *κατακλίνεται (ὁ λαγώς) ὑποθεὶς τὰ ὑποκώλια ὑπὸ τὰς λαγόνας*; et v. V 30.

Περὶ ἵππου εἴδους Simonem quendam Atheniensem scripsisse testatur Apsyrtus *Hipp. Berol.* CXV 1: *περὶ ἵππου εἴδους πολλοῖς γέγραπται καλῶς, ἄριστα δὲ πάντων Σίμωνι καὶ Ξενοφῶντι Ἀθηναίοις ἀνδράσι.* Neque in dubium revocare possumus, frg. Cantabrigiensi cum Xen. *REqu.* I collato,[1] quin hic Simon ille idem fuerit quem in equi corporis partibus describendis Xen. auctorem potissimum habuit. At alia ex hoc scriptore excerpserunt Xen. atque Pollux, quae in frg. non legimus, ut par est, siquidem Simonem *περὶ ἱππικῆς* scripsisse testantur Xen. *REqu.* I 1, Arrianus *Cyn.* I 4, Plinius *n. h.* XXXIV 15 (‘Simonem[2] qui primus de equitatu scripsit’); neque autem Apsyrti verbis ad id adduci poteramus ut crederemus de equi forma tantum Simonem egisse, cum luce clarius sit Apsyrtum de illa tantum libelli pericopa mentionem fecisse, utpote quae peritissime esset conscripta atque ad hippiatricam una spectaret.

Haud assentior igitur iis qui enuntiata quaedam sub Simonis nomine tradita in hoc frg. inseruerunt vel inserenda censuerunt (s. 6 *ὑπάρξει - ῥίπτειν* e Poll. I 193 omnes praet. Souk.; *εὔδρομος - σκέλη* indidem Oder) atque mihi persuadeo

[1] diserte hoc statuit Souk., p. 32.

[2] nomen restituit Dalechamps; *Sermonem*, al., codd.

frg. integrum exstare, cum, quod ad equi corporis partes attinet, nihil eo aptius descriptiusve desideres.

Neque autem de Simonis presso demissoque stilo Soukupio assentiendum esse vid., qui ‘istud exile genus dicendi non tam ipsi Simoni crimini dare’ maluit ‘quam ei qui ex eius libro fragmentum quod nobis ante oculos versatur deprompsit’.

Concedo equidem, in dicendi genere, cum de isdem rebus scripsit, multum a Simone Xenophontem differre; at non est, me iudice, cur addubitemus ‘utrum integra scriptoris verba memoriae prodita an ut mutilata ita contracta sint’ (Souk. p. 33).[1] Animadvertendum est ante omnia in cod. L quoque, quamquam multo minus quam C depravato, haud paucos locos librariorum incuriam praeseferre. Si quis autem ex hoc Cantabr. frustulo quod Simonis fuerit dicendi genus statuere sibi sumat, haud scio an in errorem adduci possit.

Ceterum ne in hoc quidem frg. unum dicendi genus deprehendere licet; quin etiam a cett. distinguendae sunt sectt. 5-9, in quibus ieiunitas illa siccitasque magis patent. At in his equi corporis partes describuntur, quibusdam, ut ita dicam, formulis artis propriis stiloque illo exili, arido, conciso minutoque, quem peculiarem dixeris eorum qui alicuius rei definiendo vim explicant.[2]

Quod si in comparationem vocandus Xen. videtur, haud equidem de re equ. libelli caput I adhibebo, in quo scriptor

[1] Soukupii sententiae ne Wickert quidem assentitur.

[2] Non solum, enim, terminos, quos vocant, technicos, sed etiam genus dicendi, ut ita dicam, technicum esse concedas. Quin etiam hoc arido concisoque stilo poetas quoque, cum alicuius vel rei vel animantis (cf. e. g. ps. Oppian. I 176 sqq., 402 sqq.) proprietates naturamque describerent, usos esse videmus, ipso, ut ita dicam, praeeunte Homero, κ. 304 sqq. *ῥίζῃ μὲν μέλαν ἔσκε· γάλακτι δὲ εἴκελος ἄνθος, μῶλυ δέ μιν καλέουσι θεοί· χαλεπὸν δὲ κτλ.* Xen. *Symp.* VIII 3: *οὐχ ὁρᾶτε ὡς σπουδαῖαι μὲν αὐτοῦ αἱ ὀφρύες, ἀτρεμὲς δὲ τὸ ὄμμα, κτλ.* Cf. Verg. *Georg.* II 79 sqq.: Illi ardua cervix, argutumque caput, brevis alvus *etqs.*, Plaut. *Capt.* 647 sqq., cet.

ille ubertate et copia disserendi velut sermocinatur, sed Cynegetici pericopas [1] quibus canum leporumque corporis partes presse et anguste definiendo describit. Hic quoque enuntiata saepe per parataxim, q. d., coniuncta, hic *ἀσύνδετα* illa, atque verba *εἶναι* et *ἔχειν* iterata vel duriuscule subaudita, coniunctionum denique *καί* et *δέ* nimium usum reperias. Haud mirum igitur si in his sectt. 5-9 enumeratio illa dominatur qua, quamquam velut inculti generis dicendi specimen improbatur (Roquette, p. 48 sq.), nihil in definiendo est aptius.

Quod si has sectt. cum cett. comparaveris, iam patebit aliquid in coniunctionum usu interesse; in his enim *δέ* tricies, *καί* vicies ter, in sectt. autem 1-4, 10-11 *δέ* quinquies, *καί* ter legimus.

Non ignoro equidem has computationes, [2] cum praesertim tam exigua sit computationis materia, haud magni esse momenti; at in dubium revocari non potest quin verba sectt. 5-9 hiantia et quasi contracta aliquanto aptius in cett. sectt. comprehendantur.

Cave igitur hac de re inter frg. Cant. Xenophontisque *REqu.* caput I comparationem instituas.

Cum enim equum descripsit, brevitate illa ad definiendum apta Xenophonti uti non licuit; quod si facere voluisset quin Simonem ad verbum exscriberet facere non potuisset. Exornavit igitur copia illa et ubertate dicendi quae aride

[1] Multa, quae *Cyn.* dicendi generi gravissime exprobravit RADERMACHER (RhMus. LI 596 sqq.), fr. Cant. eorumque quae ap. Poll. ad Sim. redire videntur (v. infra) orationi exprobres. Revera *Cyn.* maxime capita illa vituperantur, quibus de retibus, canum leporumque corporis partibus, cum terminis tum dicendi genere technicis, agitur. Canum (*Cyn.* c. III IV) atque equi (SIM., fr. Cant.) corporis descriptiones, quod ad dicendi genus pertinet, inter se arcte consentire suo iure adfirmavit MEWALDT, Herm. 46 (1911) p. 89 sq.

[2] Quas, si disputationis argumenti rationem non habeas, nihil per se valere iudico; haud enim in argumentando, in narrando, in praecipiendo idem dicendi genus eundemque particularum usum desiderari manifestum est. Cet. cf. FRACCAROLI, RFCl. 38, 3, p. 447.

et sicce a Simone dicta invenerat; quod si fecit, necessitate coactus, in describendis equi corporis partibus, non est cur credamus in ceteris quoque nihil aliud eum fecisse quam ut auctoris sui verba perpoliret.

At de hoc infra; nunc ad Simonis frg. Cant. dicendi genus redeamus.

In quo teretibus auribus accommodata crebra superlativo gradu posita adiectiva haud dixeris (viginti numero in paucissimis versibus, fere omnibus *ὡς* particula praemissa: *μέγιστος* quater; ter *ὡς* praem.; *ὡς μικρότατος, ὡς κράτιστος,* cetera); neque variandi studium aut particularum coniunctiones illas aut coniunctionum vim particulis, *δή* praesertim, additis auctam (quae omnia cum politae tum concitatae cuiusdam orationis propria esse constat) in hoc frg. reperias.

Cuius dicendi generis causa et ratio in rebus praecipue insunt, de quibus his sectt. agitur, quae definitionis brevitatem potius quam explicationis ubertatem postulant.

Verumtamen haud dubitandum esse videtur quin scriptor in reliqua opusculi parte, et ea maiore, cum ex hoc quasi prooemio, in quo summatim equi notas perstrinxit, ad libelli propositum pervenit, praecepta de equitandi arte tradens, in quibus enumerationibus definitionibusque locus non erat, alio dicendi genere usus sit.

At in hac quoque altera libelli parte non disserentis sed sicce et nervose asseverantis vel tamquam imperantis orationem deprehendimus. Cf. Poll. I 194 *καὶ τοῦτο δὲ Σίμωνος* (haec legenti in mentem venit illius *καὶ τόδε Φωκυλίδεω*)· *εὔδρομος ὁ ἵππος ὁ ὀλίγον αἴρων ἀπὸ τῆς γῆς ἐν τῷ τρέχειν τὰ σκέλη;* 204 *ἐλαυνέτω δὲ τοῦτον κατ' ἀρχὰς ὁ ἐπιβάτης εἰς τὰ ἄπεδα* (*δάπεδα* codd. B C ap. Bethe) *καὶ λεῖα, τὰς δὲ προσβάσεις καὶ τὰς ἐκεῖθεν καθόδους μὴ αὐτίκα ποιείσθω, ἀλλὰ τὸν ἵππον πλαγιασάτω· οὕτω γὰρ ὁ Σίμων ὠνόμασεν.* Quae verbo tenus fere e Sim. excerpsisse Pollucem mihi persuadeo; hic enim solitus est multo plura e fontibus haurire quam quae se hausisse professus est.

Artis peritum igitur hominem vides, qui, ut veteres nostri annalium scriptores, dum intelligeretur quid diceret, unam dicendi laudem brevitatem putasse videtur. Brevitatem dico gravitatis plenam, quae haud scio an praeceptis de arte aliqua tradendis magis conveniat quam Xenophontis copia et ubertas. Materia enim de qua disputavit Xen. ad artem pertinet; ornatum vero verborum oratoris vel rhetoris dixeris.[1]

Utcumque res est, haud bene iocatus esse videtur Courier cum scripsit: « Il paroit, d'ailleurs, que Simon étoit fort ignorant et s'exprimoit assez mal, comparable en ce point à M. de la Broue, un de nos vieux auteurs d'équitation, qui, de son propre aveu, savoit à peine lire dans ses heures ».

Quae v. d. non dixisset si consideravisset quanta reverentia de Simone locutus esset Xen., tamquam se excusans quod de isdem rebus scribere instituisset,[2] illius consensu nonnulla a se dicta probatum iri laetus, quae ab illo omissa essent se additurum professus, sententias integras e suo auctore sumptas bis memoriae prodens. Ceterum ex Pollucis quoque, Arriani, Plinii, Suidae, Hippiatricorum testimoniis quanti Simon usque ad recentiorem aetatem sit aestimatus patet. Quod nullo modo fieri potuisse videtur si eius libelli, quamquam rerum peritia probabilis, dicendi genus admodum impolitum inconditumque fuisset.

Simonis laudi nostra aetate frg. illius Cantabr. dicendi genus nocuisse manifestum est.

Quod frg. Xenophontis quoque bonae existimationi haud parvo detrimento fuisse video.

---

[1] in Xen. dicendi genere, quod 'nativa quadam iucunditate' conditum esse plerique olim crediderunt, rhetorum auctoritatem valuisse diu constat; cf. praet. cett. SCHACHT, *de Xen. studiis rhetoricis;* NORDEN, *Kunstpr.* I 101 sq., LGAUTIER, *la langue de Xén.*, 1911, p. 109 sqq.

[2] Quod ROQUETTE, p. 98, censuit, lib. *REqu.* 'non continuo scriptum sed retractatum atque correctum' esse, Xen. autem quae in commentariis scripsisset, ea, post Simonis lib. lectum, cum in publicum librum ederet, delere noluisse, vix concedas.

Nam cum, comparatione inter frg. et *REqu.* I statuta, manifestum factum esset Xenophontem Simonis vestigiis pressius institisse, inde Lenormant[1] recentiorem scriptorem antiquioris verba tantum polivisse statuit. Cui sententiae tum Xenoph. I 1 atque Arriani I 4 verba, tum res ipsa ratioque repugnant.

Concedo equidem Xen. sententias cum Simoneis frg. Cant. saepius congruere. Quid mirum? Num Xen. in equi forma describenda, quam Simon, qua fuit peritia, tam definite accurateque illustrasset, a Simone vel potius ab illa generosi equi imagine antiquitus tradita differre potuit?[2] Mirum contra fuisset si, ut nova, indicta suaque exponeret, rei naturam proprietatesque immutasset.

At hercule haec quoque communia Xen., quantum potuit, privati iuris fecit. Neque ex Soukupii accuratissima comparatione quae Xen. *REqu.* I a Simone dicta omiserit, quae fusius breviusve disputaverit repetam; hoc equidem animadvertendum censeo: in ipsis corporis partibus describendis Xen. suum fuisse; egit enim de pullo, cum Simon de equo egisset. Ex quo, mea quidem sententia, satis firmum argumentum iam erui posse vid., quo quae utriusque libelli tamquam peculiaris nota fuerit divinemus.

Simonis enim quae ab arte proficiscuntur praecepta in cognitione tantum et aestimatione posita esse videmus; Xen. autem cap. I de hoc agitur: 'quomodo quis pulli corporis habitum formamque spectare debeat, ne circumveniatur in emptione'; ut Socratis discipulum vere eumque qui Oeconomicum scripsit agnoscas.[3] Sententiosus ille asse-

---

[1] *Sur la manière de lire Pausanias;* app. II: *Simon d'Athèn. et Demetrius d'Alopèce*, in Mém. Instit. de France, XXI (1857).

[2] cf. PLIN. *n. h.* VIII 162: 'Forma equorum qualis maxume legi oporteat pulcherrime quidem Vergilio vate absoluta est. sed et nos diximus in libro de iaculatione equestri condito, et fere inter omnes constare video'.

[3] Postrema potissimum suae vitae aetate Xen. ad ea quae ad vitae usum atque ad r. publ. utilitatem conferrent se tradidisse sunt qui censeant, recte fort. At v. GEMOLL. PhW. 49 (1929) c. 276.

verat, docet hic fusius [1] uberiusque ' lectorem delectando pariterque monendo '.

Hoc igitur, ut de ceteris quoque Simonei libelli partibus, etiam quod ad dicendi genus attinet, aequum feramus iudicium, tenendum videtur.

Neque alio spectare mihi persuadeo Xen. verba I 1 cum se *ἔμπειρον ἱππικῆς*, Simonem *ἱππικόν* dixit.

Itaque si quis eandem sententiarum congruentiam, quam inter fr. Cantabr. et *REqu.* I deprehendimus, inter ceteras utriusque libelli partes fuisse contenderit, haud suo iure id sibi assumere videatur.

Περὶ ἱππικῆς quidem uterque scriptor egit; utriusque igitur scriptoris quaedam inter se congruisse cum consentaneum est, tum ex Xen. verbis I 1 colligimus; mirum nisi congruissent. Neque tamen ex hoc effici cogique potest Xen. Simonis pedisequum fuisse. Adde quaedam quae Sim. praetermisisset, Xen. se addidisse professum esse; quod Arrianus confirmat. Non video igitur quid amplius a scriptore exigamus ut suum se esse dicat.

Nec quisquam adducetur ut credat tum, cum utrumque libellum inter se conferre licuit, praesertim post Simonis mentionem a Xen. factam, Xen. nihil aliud fecisse nisi ut Simonis sententias uberius elegantiusve explicaret.

Cum tamen Sim. de universa re equestri scripsisse satis constet, quid Xen. de suo addiderit indagare alicuius momenti esse videatur.

Quo in inquirendo, cum nihil ad rem ex Hieroclis verbis *Hipp. Berol.* I 10-11 colligi posse mihi persuaserim, (v. infra, p. 58) Apsyrtum adhibebo l. l.: *περὶ ἵππου εἴδους πολλοῖς γέγραπται καλῶς, ἄριστα δὲ πάντων Σίμωνι καὶ Ξενοφῶντι Ἀθηναίοις ἀνδράσι· πωλοδαμνίας δὲ παρὰ τοῖς ἄλλοις μόνῳ Ξενοφῶντι.*

Xenophontem autem pernotum est nihil fere de *πωλοδαμνίᾳ* dixisse capite illo II, cuius initium est in codd.: *ὅπως*

---

[1] Nimis, fort. V. RUTHERFORD, *new Phryn.*, p. 160; GHORN, *Xen. elocut.*, Halis Sax. 1926, p. 60.

γε μὴν δεῖ πωλεύειν δοκεῖ ἡμῖν γραπτέον εἶναι (⟨*οὐ*⟩ *δοκεῖ* Cobet, Rühl, Naber; [1] ⟨*οὐ πολλὰ*⟩ March.; ⟨*μὴ*⟩ *γραπτέον* Courier). Parum accurate Apsyrtum exprimere Xen. *REqu.* II 1 sqq., ' ubi de illa (sc. *πωλοδαμνίᾳ*) non dixit potius quam dixit ' censuit Dindorf (praef. ed. Ox. p. XXIII); erravisse eum affirmant Oder-Hoppe, [2] quod vix concedas.

In quae tam obscura diligentius est inquirendum. Atque ante omnia qui Xen. libelli *REqu.* sententiarum sit tenor paucis verbis explicandum est, ut de opusculi confectione rationem nobis probabilem reddamus.

Capp. I-III: de pulli ad usum belli emptione:

a) nondum domiti; quem si quis emat spectandae sunt corporis tantum proprietates (I 1 *τοῦ μὲν τοίνυν ἔτι ἀδαμάστου πώλου δῆλον ὅτι τὸ σῶμα δεῖ δοκιμάζειν· τῆς γὰρ ψυχῆς οὐ πάνυ σαφῆ τεκμήρια παρέχεται ὁ μήπω ἀναβαινόμενος·* - cf. I 17);

b) iam eruditi, ut equitem patiatur; in quo emendo animi quoque spectandae sunt virtutes ac quomodo educatus sit censura equitando est facienda (*πεῖραν ληπτέον* III 7).

IV-VI: de cura ipsius domini circa hunc equum ad usum belli emptum; de equisonis cura atque negotiis.

VII-VIII: (*περὶ ἱππικῆς*); cf. VII 1 *διδάγματα καὶ μελετήματα*: de hoc equo variis cursibus exercendo condocefaciendoque; de ratione meditationis equestris ad usum belli (in quibus quaedam retractantur iam antea exposita; at cf. VIII 2 *εἰ δέ τις διλογεῖν ἡμᾶς οἴεται - διδάσκειν*).

(IX 1 paucis exponuntur quae usque adhuc disputata sunt: *καὶ τὰ μὲν - εἰς πόλεμον*).

IX 2: feroces equi quomodo sint tractandi.

---

[1] Mnem. 1912, p. 213.

[2] « Errat Aps. de Xenophonte, qui *περὶ πωλ.* non agit, cf. *π. ἱππ.* II 1... Apud Stephanum vero Byzantinum s. v. *Ἄχναι* apparet *Κλεοδάμας* quidam, ceterum ignotus, *ὁ περὶ ἱππικῆς καὶ πωλοδαμαστικῆς γράψας* ». Apsyrtum qui Simonem auctorem habuit Xenophontem non legisse quis credat?

X-XI: quae cura sit habenda ad equi habitum speciemque formanda. [1]

XII: de armis equestribus eorumque usu.

Quibus expositis, iam aliquid de iis quae Xen. de suo addidisse putandum est coniectura assequi licet.

Nam cum posuerit pullum e m e n d u m esse (de quo nihil ap. Sim.) ex hoc colligere possumus quae ad pulli empti generosam indolem probandam disputaverit ipsi deberi; inde fieri ut VIII 2 se excuset de *διλογίᾳ*; quamquam ea quae legimus cap. III *(πεῖρα)* non eadem sunt atque capp. VII, VIII (*διδάγματα καὶ μελετήματα*, in quibus eius praecepta cum Simoneis fere congruisse credendum est).

At alia quoque sunt de quibus Simonem aut cursim dixisse aut omnino non dixisse opinari licet.

Cum enim Xen. de pullo, Simon autem de equo egerit, quae de pullo erudiendo, de curis circa eum habendis, de equisonis negotiis Xen. scripserit vere Xenophontea aut omnia aut maximam partem iudicare haud absurdum videtur.

Quae non est quin videat magis ad Xenophontem de educandi arte (haud dissimili ratione atque cum in Oecon. de

[1] Hic quoque de equo ad belli usum apto agi liquet (cf. Apsyrt., *Hippiatr. Berol.* CXVI). Consentaneum est autem cum bellandum non esset Athenienses equites ad pompam quoque suis equis usos esse. Eodem modo in *Hipparch.* de equitatu tum ad belli usum tum ad pompam agitur. Cf. autem quae de *ἵ. πολεμιστηρίῳ* disputavit Martin, *les cav. Ath.* p. 214; at in *REqu.* revera de bello agitur (v. III 7; 12; VII 17). Nietschii sententiam, capp. IX-XI (praeter s. 10-12) tamquam appendicem habendam esse, XI 10-12 autem et XII addita esse post *Hipparch.* confectum, suo iure explosit Roquette p. 77. Ceterum postrema c. XI sect. per compendium totius lib. argumentum exponitur: *ἢν γε μέντοι τις καλῶς ἱππωνήσῃ* (I-III), *τρέφῃ δὲ ὡς πόνους δύνασθαι ὑποφέρειν* (IV-VI passim), *ὀρθῶς δὲ χρῆται καὶ ἐν τοῖς πρὸς πόλεμον μελετήμασι* (VII-VIII) *καὶ ἐν ταῖς πρὸς ἐπίδειξιν ἱππασίαις* (X-XI) *καὶ ἐν τοῖς πολεμικοῖς ἀγωνίσμασι* (de quibus Xen. locuturus est c. XII) *τί ἔτι ἐμποδὼν κτλ.*

rebus domesticis disseruit) disputantem, quam ad Simonem *ἱππικόν* illum de equitandi ratione praecipientem redire.

Hanc igitur pulli educationem *πωλοδαμνίας* verbo lata notione usurpato haud inepte Apsyrt. significare potuisse opinor. [1]

Quod si Xen. non modo de pullo nondum domito loquitur sed etiam de *ἱππαζομένῳ*, animadvertendum est hunc quoque haud adultae aetatis esse (cf. III 1; 2 *ὁπότε δὲ ἡ νεότης σαφής*); utrique igitur *πώλου* appellationem convenire. Ceterum *πώλου* v. de generosis equis, frenis quoque iugove assuetis, saepius usurpatum legimus (ut ap. Hom. *ψ* 206, Soph. *Ed. Col.* 311 sq., *El.* 724 sqq., Eur. *I. T.* 1423 cet.); *πωλοδάμνην* autem Teles (ap. Stob. *Flor.*98, 72) equitandi magistrum nuncupavit; *πωλοδαμνίαν* denique idem atque *ἱπποτροφίαν* Aeliano (*h. a.* VI 8) audisse videmus.

Adde hanc *πωλοδαμνίαν*, propria verbi notione, [2] negotium esse nullius fere momenti (cf. *REqu.* II 1), paucis ferme diebus conficiendum vilisque cuiusdam operae, ita ut in *Hippiatr.* quoque nihil fere, ut aequum est, de hac re dicatur. [3]

Quod reliquum est, pulli educationem maximam partem equisonis esse negotium admonet Xen. II 3: *τὸ γὰρ τοιοῦτον*

[1] Meae opinioni ea suffragantur quae Tommasini (StIFC X p. 118) scripsit: 'Mihi vero verba illa [*sc.* Apsyrti] referri posse vid. ad ea quae Xen. scribit inferius de pullo mansueto, tractabili et hominis amante reddendo, vel ad praecepta quae in capp. VII et VIII reperiuntur'.

[2] De qua fortasse aliqua Simon exposuit; ex hoc ducta quaedam latere suspicor in Apsyrti c. CXVI (*Hippiatr. Berol. περὶ ἀσκήσεως ἵππου στρατιωτικοῦ καὶ περὶ πωλοδαμνίας*); cf. *διετῆ γεγονότα τὸν πῶλον ἐκ τῆς ἀγέλης ἕλκουσι* (Sim., *fr. Cantabr.* 11 *ἕλκεται δὲ πῶλος ἐκ τῶν πωλίων διέτης* atque Poll. 182 *ἱππάσαι ἐξ ἀγέλης πῶλον*). Poll. 183 *πωλοδαμεῖν, ἀσκῆσαι.* Xenophon autem verbis illis *ὅπως γε μὴν δεῖ πωλεύειν κτλ.* mihi videtur quod quaedam a Sim. disputata omittenda censuisset se excusare.

[3] cf. Aps. *Hipp. Berol.* CXVI, qui duobus tantum versibus opus absolvit; Theomn., *Hipp. Cant.* XCIII. Ceterum, hodie quoque, qui de re equaria agunt, pauca admodum de equo domando tradunt.

(scil. ut pullus fiat *πρᾶός τε καὶ χειροήθης καὶ φιλάνθρωπος*) *οἶκοι τε τὰ πλεῖστα καὶ διὰ τοῦ ἱπποκόμου ἀποτελεῖται.*[1]

Hinc non sine causa mihi videor coniecisse Apsyrti verba non caput II respicere, sed ea omnia quibus quomodo pullus sit condocefaciendus disputatur. Qua in re in incerto mihi esse videtur utrum *πωλοδ.* v. Apsyrtus equisonis dominique circa equum curas tantum significare voluerit, an domini quoque decursiones ad erudiendum equum factas, ut fossas transiliret, per declivia decurreret, in montana exsiliret, uno verbo equi disciplinam.

Toto enim fere Xen. libello de erudiendo equo[2] ad belli usum, vel, lata vocabuli significatione, de *πωλοδαμνίᾳ* agitur; quod propositum cum Simonem assequi noluisse ex multis indiciis colligamus, Apsyrtum neglegentiae errorisve crimine purgare animum induxi.

Neque hoc praetermittendum censeo, in cod. Vat. 1066, f. 1 v (atque in Vat. 114, XIII saec., f. 118 v, cuius folia aliquot photographice meum in usum expressa contuli) Apsyrti verba sic scripta legi: *περὶ εἴδους ἵππων πολλοὶ καλῶς ἔγραψαν, κάλλιον* [*καλλίων* alter cod.] *δὲ πάντων Σίμων καὶ Ξενοφῶν ἄνδρες* [*οἱ* alter] *Ἀθηναῖοι· γυμνασίαν δὲ ἵππων μόνος παρ' ἄλλους Ξενοφῶν* [*ὁ Ξ.* alter]. Quod *γυμνασία* v. sit sane interpretatio; aliquid tamen ad ea quae conieci confirmanda valet.

At aliis quoque argumentis me opinionem meam confirmare posse confido.

---

[1] Quem locum si cum *Oecon.* XIII 6 *οἵ τε γοῦν πῶλοι μανθάνουσιν ὑπακούειν τοῖς πωλοδάμνοις τῷ ὅταν μὲν πείθωνται τῶν ἡδέων τι αὐτοῖς γίγνεσθαι, ὅταν δὲ ἀπειθῶσι πράγματα ἔχειν, ἔστ' ἂν ὑπηρετήσωσι κατὰ γνώμην τῷ πωλοδάμνῃ* comparaveris, iam videbis *πωλοδ.* v. idem fere atque *ἱπποκόμον* valere.

[2] v. *διδάσκειν* saepius in Xen. *REqu.* (IV 5, VI 14, VII 5, 8, VIII passim, X 13, XI 4), bis tantum ap. Poll. reperiri, iisque locis quos e Xen. haustos esse patet, alicuius momenti esse videatur. Contra inter glossas (181-198) multa Poll. recepit vocab. ex iis Xen. capp. quae sunt de equisonis officio; cf. e. g. quae in Poll. 183 sq. e Xen. IV V hausta adnotabo.

Cum enim quin Pollux e Simonis libello multa hauserit, arripuerit, expresserit nemini sit dubium nec quidquam apud eum s. 199-220 de pulli[1] vel equi educatione aut de curis circa equum habendis reperiamus, suspicari iam licet Pollucem ut de equitandi arte tantum disputaret sibi proposuisse; in hoc autem eum potissimum auctorem Simonem artis peritissimum adhibuisse eaque quae Xen. de equi educatione addidisset consulto omisisse.

Attamen operae pretium videtur quae ap. Poll. aliqua verisimili ratione Simoni deberi iudicare liceat diligentius inquirere, ut, Simonei libelli quae fuerit materia cum, quantum licet, statuerimus, quid Xen. sit proprium investigemus; repetamque ex Bethii edit. eas l. I sectiones quibus de re equ. agitur. Haud tamen acquievi in illis ab eo de Xen. libello prolatis testimoniis ad enuntiata spectantibus, quin etiam verba omnia quoque locutionesque quae ad Xen. *REqu.* redire mihi viderentur adnotanda censui; haec diductis litteris imprimenda curavi, 'cf.' siglo addito ubi grammaticus Xen. verba refinxisse videretur; quae quidem verba et Simonea esse possunt, a Xen. immutata, sententia tamen cum Sim. congruente (I 1 *ἡμεῖς γε μέντοι ὅσοις συνετύχομεν ταὐτὰ γνόντες ἐκείνῳ* [sc. *Σίμωνι*], *οὐκ ἐξαλείψομεν ἐκ τῶν ἡμετέρων κτλ.*). Ea autem frustula quae e Xen. hausta non esse patet, neque grammatico tribuenda esse vidd., litteris A, B... praemissis stellulisque adpictis distinxi.

Quam Pollucis materiam in duas partes distinxi; quarum in altera (181-198), quae ex nominibus locutionibusque fere constat, lexicograghum agnoscas; altera (199-220) parum abest ut tamquam libelli de re equ. absoluti speciem ferat; quam quidem alteram multo maioris momenti in hac quaestione esse liquet.

---

[1] semel (s. 200) *πῶλος* nominatur; v. infra p. 38.

181 Ἱππικὰ ὀνόματα ἀγέλη ἵππων, ἱπποτρόφος, ἀγελητρόφος,
ἱππονόμος, ἱππαγωγός, ἱπποδαμαστής, πωλοδάμνης (II 1),
ἱπποκόμος (II 8), ἵππων ἐπιμελητής, ἱπποφορβός. εἶτα ἵπποι
φορβάδες, ἵπποι ἀγελαῖοι (V 8), ἵπποι ἀθληταὶ καὶ ἀγωνισταὶ
καὶ ἀδηφάγοι, ἁμιλλητήριοι (cf. VIII 6, νικηφόροι, ἀθλοφόροι,
κυνηγετικοί, ὁδοιπορικοί, πομπικοί (XI 1), πολεμιστήριοι (I 2),
182 στρατιωτικοί. πῶλοι ἄβολοι ἀβόλων καὶ τελείων οἱ μέσοι - οὕτω
γὰρ Πλάτων τοὺς δευτεροβόλους ὀνομαζομένους ἐκάλεσεν - τέ-
λειοι. οἱ δὲ γεγηρακότες ἀπογνώμονες καὶ λειπογνώμονες· γνῶμα
(cf. III 1) γὰρ λέγεται ὁ ἀποπίπτων ὀδούς, τῆς ἡλικίας ὢν
γνωριστικός (cf. III 1). ἱππᾶσαι ἐξ ἀγέλης πῶλον, ἱππω-
νῆσαι (XI 13) καὶ ἱππωνία (I 1). ἔτι δὲ ἀδάμαστον πῶλον
- τούτῳ δὲ Ξενοφῶν ἀντιτίθησι τὸν ἤδη ἱππαζόμενον - (cf. III 1, XI 8),
ἀπαίδευτον, ἄγριον. πωλεῦσαι (II 1), δαμάσαι, πωλοδαμεῖν, ἐκπαι-
183 δεῦσαι, ἡμερῶσαι, ἀσκῆσαι (IV 8), ἀναδιδάξασθαι (cf. VIII 2).
λέγοις δ' ἂν ἐπὶ ἵππων καὶ ψηλαφᾶν (II 4), ψήχειν (IV 4),
ἀπο⌊ καθαίρειν (V 5)⌋, ἐκκαθαίρειν, ἀποσοβεῖν (cf. V 6, 7)
τὴν κόνιν ἀνιστάντα τὴν τρίχα (V 5), ἐκφέρειν τὴν
κόπρον (V 2), ψύχειν τὰ στρώματα τοῦ ἵππου (cf. V 2).
καταπλύνειν δὲ δεῖ λέγειν τὴν κεφαλήν, οὐ καθαί-
ρειν (cf. V 6). τὸ δὲ κυλῖσαι καὶ ἀλῖσαι ἐρεῖς καὶ ἐξαλῖσαι, καὶ τὸ
χωρίον ἄλιστρα καὶ ἐξαλίστρα καὶ κυλίστρα [καλ. V 8]. τροφαὶ
ἵππων κριθαί, ζειαί ---. χαλινῶσαι (VI 11) δὲ ἐρεῖς καὶ χα-
184 λινὸν περιθεῖναι (cf. V 3) τῷ στόματι. εἶτα ἱππών (IV 1), καὶ
στάσις ἵππου καὶ ἱππόστασις καὶ σταθμός (IV 1), φάτνη (IV 1),
φορβειά (V 1), ἐπιφατνίδια (V 1), δεσμά (V 4), κεκρύφα-
λος (VI 8), κορυφαία (III 2), χαλινός (III 2). τοῦ δὲ χαλινοῦ
τὰ σιδήρια ὑποστόμια καὶ τῶν ὑποστομίων τὰ μὲν κοῖλα ἐχῖ-
νοι (X 6), τὰ δὲ περιφερῆ καὶ πριονωτὰ τροχοί (X 6), τὰ δὲ
στερεὰ καὶ προμήκη καὶ ἀλλήλοις ἀντεμπλεκόμενα ἁλύσεως (X 9)
185 εἴδει δακτύλιοι (X 9) καὶ δάκτυλοι. ἐρεῖς δὲ κημοὶ (V 3) καὶ
φιμοί, ἔτι δὲ ἔποχα (XII 9), ἐφίππια (VII 5), σάγη. τὰ δὲ περὶ
τὴν θεραπείαν ἐργαλεῖα, τὸ μὲν ἐκκαθαῖρον τὴν τρίχα πτερῷ
ἐοικὸς ξύλον σπάθη ---. ἀφ' οὗ δὲ ἐσθίει ὁ ἵππος, κρεμαμένου
186 μὲν ἐκ τῆς κορυφαίας, περιτιθεμένου δὲ τῷ στόματι, χιλωτήρ.
χωρία δὲ ἐρεῖς ἱππάσιμα, βάσιμα, ---. γῆ ἄπεδος, λεῖα, ---

χωρία ἄφιππα, --- τραχέα, δύσπορα, λιθώδη (IV 4) --- καὶ 187
λόφοι δὲ ἐρεῖς καὶ γήλοφοι, ἄκραι, χαράδραι, χείμαρροι, κα-
τάντη (VIII 6), πρανῆ (VIII 6), κατάρρυτα, κατωφερῆ. ἐν μὲν
τοῖς ἀνάντεσι (cf. III 7) δεῖ ἀναθεῖν, ἀνατρέχειν, προσβαίνειν,
προσαναβαίνειν, ἀναπηδᾶν (VIII 5), ἐν δὲ τοῖς κατάντεσι
(cf. VIII 6) καταθεῖν, καταβαίνειν.

ἔπαινος ἵππου ἀπὸ σώματος ὁπλαὶ κοῖλαι (I 3), ὡς εἶναι 188
ἐν βάθει τὴν χελιδόνα (cf. I 3) καὶ μηδὲν αὐτὴν τῶν ἐκ τοῦ
ἐδάφους λυπεῖν· ἡ γὰρ τοιαύτη ὁπλὴ ὥσπερ κύμβαλον,
φησὶν ὁ Ξενοφῶν, πρὸς τὸ δάπεδον ψοφεῖ (I 3). εἴποις
δ' ἂν καὶ κροτεῖ καὶ ἠχεῖ καὶ κτυπεῖ. κυνήποδες (I 4) ἔγκοιλοι,
στερεοί, κνῆμαι ἄσαρκοι, γόνυ λαγαρὸν πρὸς τὴν συγκαμ- 189
πήν (I 8, cf. I 6), σκέλη ὑγρά (I 6), μηροὶ ἰνώδεις, πλευραὶ
βαθεῖαι, προμήκεις καὶ πρὸς τὴν γαστέρα ὀγκω-
δέστεραι (cf. I 12), γαστὴρ προσεσταλμένη, ἀκρώμια ὑψη-
λά (cf. I 11), τῷ τε ἀναβάτῃ ἀσφαλεστέραν τὴν ἕδραν
καὶ τοῖς ὤμοις ἰσχυροτέραν τὴν πρόσφυσιν (I 11)
παρέχοντα (cf. I 11). τράχηλος εὐκαμπὴς ὡς ἀλεκτρυό-
νος, ἀλλ' οὐχ ὥσπερ κάπρου ὀρθός (cf. I 8). κεφαλὴ
ὀστώδης (I 8), προτομὴ βραχεῖα, χαίτη εὔθριξ, προκόμιον (V 6, 8)
εὐπρεπές, ὄμμα προπετὲς ὡς ἐξόφθαλμον (I 9) εἶναι, ὀφθαλμοὶ 190
πυρώδεις, ὕφαιμον βλέποντες. μυκτῆρες ἀναπεπταμένοι·
εὐπνοώτεροι γὰρ τῶν συμπεπτωκότων (cf. I 10). ὦτα
βραχέα (cf. I 11), στέρνα πλατέα (cf. I 7), ὀσφὺς διπλῆ, τὸ
δ' αὐτὸ καὶ ῥάχις (cf. I 11) καὶ ἕδρα, μάλιστα δὲ τὸ μέσον τῆς
ῥάχεως, ᾧ ἐγκάθηται ὁ ἐπιβάτης. ἰσχία πλατέα καὶ εὔ-
σαρκα (I 13), γλουτοὶ εὐπαγεῖς, οὐρὰ προμήκης· Σίμων δ' αὐτὴν
καὶ κέρκον καλεῖ. ὀνομάζοιτο δ' ἂν καὶ ἵππουρις· γνησιώτατον
γὰρ ἐπὶ ἵππου οὐρᾶς τοὔνομα· χρήσιμον δὲ τὸ μῆκος οὐ μόνον
εἰς ἀγλαΐαν (cf. V 8), ἀλλ' ὅπως καὶ μυωπιζόμενος ἀπε-
λαύνοι τὰ λυποῦντα (cf. II 8, V 6, 7). ψόγος δ' ἵππου ὄνυχες
λεπτοί (I 8), ὁπλαὶ πλήρεις, σαρκώδεις, λεῖαι, ὁμαλαί· Ξενοφῶν 191
δ' αὐτὰς χαμηλὰς (I 8) καλεῖ. κυνήποδας παχεῖς, κιρσοὺς
περὶ τὰς κνήμας ἔχων (cf. I 5), μηροὺς ἀπαγεῖς (cf. I 7),
ὠμοπλάτας κοίλους, αὐχένα προμήκη, χαίτην ψιλήν, στήθη στενά,
κεφαλὴν βαρεῖαν, σαρκώδη, ὦτα μεγάλα, μυκτῆρας συμπε-

πτωκότας (cf. I 10), ὀφθαλμοὺς κοίλους - καλεῖται δὲ ὁ τοιοῦτος
καὶ κοιλόφθαλμος (I 9) - πλευρὰς στενάς, ἀσάρκους, ὀσφῦν
ὀξεῖαν, ἰσχίον τραχύ, γλουτοὺς ἀσάρκους, σκέλη σκληρά, γόνατα
δυσκαμπῆ· ὁ γὰρ ὑγρῶς κάμπτων τὰ γόνατα (cf. I 6)
192 ἀκοπώτερον καὶ ἀπταιστότερον (I 6) βαδίζει. ἐπαινέσαις
δ' ἂν βλέμμα ἵππου γοργόν, ἰταμόν, --- καὶ χρεμετισμὸν ὁμοίως
καὶ ἆσθμα θρασύτερον ---· ψέξαις δ' ἂν νωθές, ἀμβλύ ---.
193 οἱ πρόσθεν πόδες καλοῖντ' ἂν οἱ πρόσθιοι, οἱ ἔμπροσθεν (I 15), οἱ ὑπὸ ταῖς ὠμοπλάταις (I 7), οἱ ὑπὸ τοῖς στέρνοις, οἱ πρῶτοι, οἱ ὑπὸ τῷ αὐχένι· οἱ δὲ λοιποὶ ὀπίσθιοι, οἱ κατόπιν, οἱ ἔσχατοι, οἱ τελευταῖοι, οἱ ὑπὸ τοῖς ἰσχίοις, οἱ ὑπὸ τὴν οὐράν (cf. I 14), οἱ ὑπὸ τοὺς γλουτούς. ἀμείνων δ' ἵππος ὁ μὴ ἐναλλὰξ ἀλλὰ διὰ πολλοῦ τὰ σκέλη τιθεὶς καὶ διαφέρων (cf. I 8). καλὸν δέ, εἰ τὴν διάστασιν ἔχει τῶν σκελῶν ὡς
194 μεγίστην· ὑπάρξει γὰρ αὐτῷ διὰ πλείστου τὰ σκέλη ῥίπτειν, Σίμων
λέγει. καὶ τοῦτο δὲ Σίμωνος· εὔδρομος δὲ ἵππος ὁ ὀλίγον αἴρων ἀπὸ τῆς γῆς ἐν τῷ τρέχειν τὰ σκέλη.

ἔπαινος ἔργων καὶ γνώμης ἵππου εὔπνους (cf. IV 19), εὔπους (III 12), εὔοπλος· ἡ δὲ ποδῶν ἀρετὴ εὐποδία (I 3)· εὔφορος, εὔθυμος (cf. XI 12), θυμοειδής (I 8), εὐσχήμων (I 17), εὐπρεπής (cf. I 7), μεγαλοπρεπής (X 5), γαῦρος, γαυρούμενος, γαυριώμενος (X 16), κυδρός (cf. X 16), κυδρούμενος, ἐλευθέριος, ἐθελουργός, ἱππαστής (X 17), ἀγλαός (cf. V 8),
195 φρονηματίας, ἀλαζών, εὔψυχος, εὐκάρδιος (VI 14), μεγαλόφρων (XI 1), μετέωρος (XI 1), εὐθαρσής, πομπικός (XI 1), γοργούμενος (X 4), σοβαρός (X 17), εὔτολμος, πολεμικός, στρατιωτικός, ποδώκης (III 12), ἥμερος, πρᾶος (II 8), εὐπειθής, εὐάγωγος, εὐήνιος, χειροήθης (II 3), τιθασός, φιλῶν τὸν ἀναβάτην, εὔνους τῷ ἱππεῖ, ὑπὸ σάλπιγγι ἐξορμῶν, ἐξανιστάμενος, ἐξεγειρόμενος (cf. X 15), ὀξύς (cf. I 13), ταχύς, ταχύπους, φιλάνθρωπος (II 8), φίλιππος, ἐγκαρτερῶν σὺν τῷ καιρῷ, γνωριστικὸς τῶν ἐχθρῶν, ἀνατρεπτικός, εὔτρεπτος, πειθαρχικός, εὔτακτος, εὔκολος, κεκολασμένος τὴν γνάθον, δίκαιος τὴν σιαγόνα,
196 ἴσος ἑκατέραν τὴν γνάθον (cf. VII 13), πεπαιδευμένος, ῥᾳδίως ἐξορμῶν, εὐκόλως καθιστάμενος, μάστιγος οὐ χρῄζων, κέντρου ἀπροσδεής, εὔδρομος, ἐπίδρομος, τοῖς ἀνέμοις συνθέων·

εἴποι ἂν αὐτὸν Ὅμηρος αὔρας ἢ ἀνέμου παῖδα· ἀνύποπτος, ἄφοβος, θαρσαλέος. μεμελετηκὼς καὶ πρὸς ἄναντες (cf. III 7) ἀναθεῖν καὶ πρὸς κάταντες (cf. VIII 6) καταδραμεῖν, καὶ τειχίον ὑπερακρίσαι, καὶ τάφρον διαπηδῆσαι (cf. III 7), καὶ χαράδραν διαλέσθαι, καὶ ποταμὸν περᾶσαι, καὶ ἐπ' ὄχθους ἀνορούειν, καὶ ἀπ' ὄχθων καθάλλεσθαι (III 7).

ψόγος ἵππου ἔργων καὶ γνώμης ἐκ τῶν ἐναντίων νωθής, 197
βραδύς, ἀμβλύς, ἀργός, βλάξ (IX 12), ἄπους, κακόπους (I 2), μελλητής, δειλός, ἄτολμος, καταδεής, ὕποπτος (cf. III 9), δυσωπούμενος, ἐπίφοβος, οὐ σπουδαῖος τοὺς πόδας, μαλακὸς τὴν ὁπλήν (cf. IV 5), σκληρόστομος, ἄδικος τὴν σιαγόνα (cf. III 5), ἑτερόγναθος (III 5), βαρὺς τὴν κεφαλήν, κάτω νεύων, εἰς ὄνους τελῶν, κυφαγωγότερος (VII 10), δυσγάργαλις (III 10), ἀπειθής (III 6), δυσήνιος, δυσάγωγος, ἀνάγωγος, ἄστομος, ἀπόλεμος, πτοούμενος, ταπεινός, μικρόψυχος, ἀσχήμων (cf. XI 6), ἀπρεπής,
εὐλαβής. οὐδ' ἂν σάλπιγγος ἀνάσχοιτο, οὐδ' ἂν ἐνέγκοι πολέμου 198
βοήν. μίσιππος, μισάνθρωπος (cf. III 10), δάκνων (cf. V 8), λακτίζων, λακτιστής, ἀδάμαστος (I 1), φαύλως ἠγμένος (cf. III 5), ἀπρόθυμος, ἀπαίδευτος, ἄτακτος, θηριώδης, δύσφορος (cf. I 12), ἀκάθεκτος, ἀκόλαστος τὴν γνάθον, ἀναχαιτίζων, ἀποσειόμενος, ἐφυβρίζων, ὃς πολλάκις ἐξεκύλισε τὸν ἱππέα, οὐδὲ προσιέμενος τὸν χαλινόν, ὑπέρφοβος (III 9), ἐνδεέστερος, ἀποδεέστερος· Σίμωνος τὸ ὄνομα.

[A] * Ὁ δὲ ἵππου ἐπιμελητὴς τάδε πραττέτω. καθαιρέτω 199
τὴν χελιδόνα καὶ τὴν κοιλότητα τῆς ὁπλῆς θεραπευέτω (cf. VI 2) καὶ τὴν κνήμην τριβέτω ⌊κατὰ τὴν φύσιν τῆς τριχός (cf. VI 2, V 6)⌋· τὴν δὲ μηριαίαν καὶ τὸ λοιπὸν σῶμα καὶ εἰ πρὸς τοὐναντίον ἀνακαθαίροι, ῥᾷον ἂν ἐκσοβοῖ τὴν κόνιν.* καὶ πρὸς μὲν τὸ ἄλλο σῶμα χρήσθω πᾶσι τοῖς τῆς καθάρσεως ὀργάνοις (V 5), τὴν δὲ κεφαλὴν καταπλύνειν δεῖ μᾶλλον ἢ καθαίρειν (cf. V 6). τῶν δ' ἐν τῇ ῥάχει τριχῶν
ἄλλῳ μὲν ὀργάνῳ (V 5) μὴ προσαπτέσθω (cf. V 5), ταῖς 200
δὲ χερσὶ τρίβων καὶ ἁπαλύνων, ᾗπερ φύσει κέκλινται, ἥκιστ' ἂν βλάπτοι τὴν ἕδραν τοῦ ἵππου (V 5).
[B] * ἐνεθιζέτω δὲ τὸν πῶλον ὁδῷ λιθώδει (IV 4), μὴ πάντῃ

τραχείᾳ· * εἰ δὲ καὶ ἐν τῷ σταθμῷ καταβάλλοι λίθους
201 μναιαίους ἀμφιδόχμους, περιχειλώσας σιδήρῳ, ὡς
Ξενοφῶν ἔφη, τούτῳ τῷ ἔθει τῷ πρὸς αὐτοὺς στερεοῖ καὶ
κρατύνει τοῦ ἵππου τοὺς πόδας (IV 4). τὰ μέντοι
χείλη αὐτοῦ ἁπαλυνέτω (cf. IV 5), ὅπως τοῦ χαλινοῦ συνιῇ·
ἁπαλύνει δὲ τὰ χείλη χειρῶν τριβὴ καὶ ὕδατος χλιαροῦ προσβολὴ
καὶ ἐλαίου ποτὲ ἀλοιφή. τῆς δὲ ἐπιφατνιδίας φορβειᾶς
μὴ ποιείτω τὸ ἅμμα ἔνθα ἡ κορυφαία περιτίθε-
ται, ὡς μὴ ἑλκουμένων τούτων καὶ περὶ τὸ χαλι-
202 νοῦσθαι δυσκολαίνῃ (cf. V 1). ἐργώδης γὰρ ἡ τῆς χαλι-
νώσεως κώλυσις (cf. III 11). ἢν μὲν γὰρ κεχαλινωμένον ἄγῃ,
οὐδὲν αὐτῷ παραινῶ, ἢν δὲ ἀχαλίνωτον, κημοῦν τὸν
ἵππον· ὁ γὰρ κημὸς δάκνειν μὲν οὐκ ἐᾷ, ἐκπνεῖν
δὲ οὐ κωλύει (V 3). ὁπόταν δὲ ψήχῃ τὸν ἵππον, ἀπὸ
τῆς κεφαλῆς μὲν αὐτῷ ἀρκτέον ἵνα τῶν ἄνωθεν
καθαρθέντων ἐπικατίῃ τοῖς ὑπ' αὐτά (cf. V 8). [Γ]* ⌊ἐπεὶ
[ἐπὶ Bethe] δὲ ψηχόμενον τὸν ἵππον ἀνάγκη χρῆσθαι ταῖς ὁπ-
λαῖς (cf. IV 5)⌋, τοὺς μὲν πρόσθεν πόδας ψήχων, κατόπιν παρελ-
203 θὼν βλεπέτω ἵνα περ καὶ ὁ ἵππος, ὡς μηδὲ βουλόμενος αὐτὸν
κρούειν δύνηται· ἐπὶ δὲ τοὺς κατόπιν μετιών, ἀντιμεταστρέψας
ἑαυτὸν βλεπέτω ἀντία τοῖς ποσὶν οὓς καθαίρει, τρέψας τὸ πρό-
σωπον ἵνα ὁ ἵππος παύηται. * [Δ]* τὸ μὲν δὴ πρῶτον ἐκ φορ-
βειᾶς τὸν ἵππον περιακτέον, εἶτα χαλινώσαντα ἐᾶσαι ἑστᾶναι, ὡς
μὴ εὐθὺς ἑλκόμενος πονοῖτο, ἀλλ' ἐν ἀναλγησίᾳ καὶ ἀπραγμοσύνῃ
τῆς σιαγόνος ἠρέμα προσεθίζηται τῷ χαλινῷ. * [Ε] * εἰ δὲ
ἀναβαίνοι ἐπ' αὐτόν, τὸ πρῶτον ἐκ μετεώρου ποιεῖσθαι τὴν ἀνά-
βασιν, ὅπως μήτε σπάσῃ αὐτὸν ἀναβαίνων μήτε ἐκ σφοδρότητος
204 ἐγκαθίσας λυπήσῃ τὸν ἵππον. * [Ζ] * ἐλαυνέτω δὲ τοῦτον κατ'
ἀρχὰς ὁ ἐπιβάτης εἰς τὰ ἄπεδα καὶ λεῖα, τὰς δὲ προσβάσεις καὶ
τὰς ἐκεῖθεν καθόδους μὴ αὐτίκα ποιείσθω, ἀλλὰ τὸν ἵππον πλα-
γιασάτω - οὕτω γὰρ ὁ Σίμων ὠνόμασεν - καὶ ποτὲ μὲν εἰς μῆκος
ποτὲ ἐπ' ἔλαττον, καὶ ἐναλλάττων θᾶττον ἢ σχολαίτερον, ⌊καὶ
τὸν χαλινὸν μεταβάλλων ἐφ' ἑκατέραν τὴν γνάθον
205 (cf. VII 13)⌋. * καμπὰς δὲ χρὴ ποιεῖσθαι καὶ ὑποστροφὰς καὶ στρο-
φάς. ἐν δὲ ταῖς στροφαῖς (VII 13) οὐ δεῖ ἐξελαύνειν τὸν ἵππον,
ἀλλ' ἀναλαμβάνειν (VIII 7; cf. III 5), ὅπερ καὶ ὑπολαμβά-

νειν (VII 15) καλεῖται, καὶ κατέχειν καὶ ἠρεμίζειν (VIII 18) καὶ
ἀνέχειν, οὐδὲ πλαγιοῦν οὔτε ἑαυτὸν οὔτε τὸν ἵππον
(cf. VII 16)· τάχιστα γὰρ ἂν ἐν τούτῳ κατενεχθεῖεν ἀμφότεροι
(cf. VII 16). ἡ γὰρ ἐπ' εὐθέος κατὰ μῆκος ἔλασις κοπω-
δεστέρα (cf. VII 14)· καλεῖται δ' αὕτη ὀρθοδρομεῖν (VII 14),
ὥσπερ τὸ ἐναντίον ἀποκάμπτειν (VII 14). [Η] * ἢν δὲ κάμῃ 206
καὶ κατανεύσῃ τὴν κεφαλήν, οὐκ ἔστιν εὐσχήμων ἵπποις ὁ ἐν κα-
μάτῳ δρόμος (cf. X 14). * καλεῖται δὲ τοῦτο ἱππάζεσθαι, ὥσπερ καὶ
ἐπὶ τῶν ἱππέων τὸ ἱππεύειν οὕτως ὀνομάζεται. εἰ δὲ καὶ τὰ
χωρία ὑπαλλάττοι τις ἐν χάριτι μᾶλλόν ἐστι τῷ
ἵππῳ· ἀμισέστερα γὰρ αὐτῷ τὰ καινὰ χωρία, ἀπα-
γορεύει δὲ τοῖς συνήθεσιν (cf. VIII 9). [Θ] * καὶ ἢν μὲν
φύσει γεννάδας ᾖ, κἂν ἀφῇς τὸν χαλινόν, ὀρθῇ τῇ κεφαλῇ τρέχει· 207
τὸν δὲ ἀγεννῆ τῷ χαλινῷ ὡς εἰς εὐσχημοσύνην βιάζου. * παρα-
φυλακτέον δὲ ὅτι τοὺς τραχεῖς χαλινοὺς οὐκ ἐῶσιν οἱ
ἵπποι κατὰ χώραν, ἀλλὰ μεταβάλλουσιν ἐλπίδι τοῦ
πρὸς τὸ ῥᾷον μεταστήσειν. διὰ τοῦτο τοῖς θυμοει-
δέσιν οὐκ ἐμβλητέον (cf. X 6) σκληροὺς χαλινούς· ἀ-
ναλαμβάνουσι γὰρ αὐτοὺς εἰς τὸ στόμα ὥσπερ ὀβε-
λίσκους εὐπαγεῖς ὄντας· ἀλλὰ ὑγρούς, ἵνα οὗ ἂν ὁ
ἵππος προσάπτηται, τὸ λοιπὸν κάμπτηται ὥσπερ
ἅλυσις (cf. X 8). εἰσὶ δὲ σκληροὶ χαλινοὶ οἱ ἔχοντες
τροχοὺς ταπεινοὺς καὶ ἐχίνους ὀξεῖς (cf. X 6). ἔστι 208
δὲ καὶ τούτους ἐμπραΰνειν κατειλοῦντα καὶ κατα-
κηροῦντα (cf. X 7). ἀλλὰ μᾶλλον ὑγρούς· οὗτοι δὲ εὐρείας καὶ
λείας ἔχουσι τὰς συμβολὰς ὡς ῥᾳδίως κάμπτεσθαι.
καὶ πάντα ὅσα περιτίθεται περὶ τοὺς ἄξονας [περὶ
τὸ στόμα cod. A; an π. τὰ στόμια?] εὐρύστομα καὶ οὐ
σύμπυκνα (X 10). [Ι] * εἰ δ' εἰς τάχος ἐλαύνοις, τοῦ μὲν σώ-
ματος τοῦ σαυτοῦ μηδ' ὁτιοῦν προβάλῃς, μακρὰν δὲ τὴν χεῖρα
τὴν ἡνιοχοῦσαν προτείνων σὺν βραχείᾳ τῇ ἡνίᾳ οὔσῃ ποτὲ μὲν
ἐξόρμα ποτὲ δὲ καθίστη, καὶ ἐνδίδου τὸν χαλινὸν καὶ ἀναλάμ-
βανε. εἰ δὲ κατατείνοι αὐτὸν ὁ ἵππος ἐν τῷ δρόμῳ ἢ ὁ ἀνα-
βάτης ἀπαίδευτός ἐστιν ἢ ὁ ἵππος ἀσθενής. * ἔστι δέ τι νόσημα 209
ἵππων κριθίασις καὶ ὑπεραίμωσις (cf. IV 2) ὑπὸ πλησμονῆς.
καὶ οὐκ ἐκκομίζουσι τὸν σῖτον (IV 2) ---. ἱππείαν δὲ

ἐρεῖς καὶ ἱππασίαν (III 5) καὶ ἔλασιν (III 12) καὶ ἐλασίαν (IV 4)
καὶ ἡνιόχησιν (cf. VII 10) καὶ ἐγκαθῆσθαι (I 12) ἐπόχως καὶ
βεβαίως ἢ παγίως καὶ [K] * ἐφεδρεύειν - ἔστι μὲν γὰρ βιαιό-
τερον, ἀλλ' οὐκ ἔξω φιλοτιμίας * - ἐπιβαίνειν καὶ ἀναβαίνειν
(VI 16), καὶ ἐπέβη καὶ ἀνέβη, ἐξ ὧν ἐπιβάτης, ἀναβάτης (I 4).
210 καὶ κλογμῷ μὲν ἐξεγείρειν τὸν ἵππον (cf. IX 10) ἐρεῖς
καὶ ῥοίζῳ - ταῦτα δὲ καὶ ὁρμητήρια σημεῖα (cf. X 15) ὀνο-
μάζεται - ποππυσμῷ δὲ παριστάναι καὶ καθιστάναι
(cf. IX 10). [Λ] * τὸ δὲ ἐνδόσιμον εἰς τὸν δρόμον κροῦσαι τῷ
ποδὶ τὴν γαστέρα καὶ ἀνακλάσαι τὸν αὐχένα ἐκ τοῦ χαλινοῦ. τῷ
δὲ ἀθύμῳ ἵππῳ οὐδὲν φαῦλον καὶ ἐμβαλεῖν τῷ μύωπι· οἱ γὰρ
θυμοειδεῖς ἀγανακτοῦσι πρὸς τὴν πληγὴν ὡς ὕβριν, καὶ ἐκφέρονται
εἰς δρόμον ὑπὸ ὀργῆς, καὶ σφαλερωτέραν παρέχονται τῷ ἱππεῖ
τὴν ῥύμην, ἢν δὲ ἄφιππός τις ᾖ καὶ ἀβέβαιος, καὶ ἀποσείονται
211 καὶ ἐκφέρουσι καὶ ἀναχαιτίζουσιν ἱστάμενοι κατὰ τοὺς οὐραίους
πόδας. * ὁ πομπικὸς ἵππος (XI 1) ἐχέτω ψυχὴν μεγα-
λόφρονα, σῶμα εὔρωστον (XI 2), ὀσφῦν ὑγρὰν καὶ
βραχεῖαν καὶ ἰσχυράν, οὐ τὴν κατ' οὐρὰν ἀλλὰ
τὴν μεταξὺ τῶν πλευρῶν καὶ τῶν ἰσχίων (XI 2), ὡς δύ-
νασθαι ὑποτιθέναι τὰ ὀπίσθια σκέλη ὑπὸ τὰ ἐμ-
πρόσθια (XI 2). ἐξέγειρε δὲ αὐτὸν τοῖς ὁρμητη-
ρίοις σημείοις (cf. X 5; καὶ ἀνάκρουε τῷ χαλινῷ καὶ
ἐνδίδου αὐτῷ τὸ στόμιον ἵνα χαίρῃ τῇ χαλαρότητι
καὶ φέρηται κυδρῷ τῷ σχήματι (XI 3, cf. X 12, 16). οὐ
δεῖ δὲ αὐτὸν μυωπίζειν (cf. X 1), ἀλλὰ μᾶλλον καταψᾶν
(IX 6) καὶ ἐγκελεύεσθαι, καὶ διδάσκειν κυρτοῦσθαι τὴν κε-
φαλήν (cf. X 5), ὡς καὶ αὐτὸς σχηματοποιεῖται (X 5) κατὰ
212 τὸν πρὸς τὰς θηλείας καλλωπισμόν (X 16, cf. I 4). ἐὰν μελετᾷς
ἀφ' ἵππου τὰ στρατιωτικὰ ἀνθιππεύων (VIII 12) ἑτέροις ἀκον-
τίοις ἐσφαιρωμένοις κέχρησο καὶ δόρατι ὁμοίως
πεπραγματευομένῳ σφαιρωτῷ ὥστε εἶναι τὴν
πληγὴν ἀσινῆ. καλὸν δὲ λαβόμενον τοῦ ἀντιπάλου,
καὶ ἑλκύσαντα ἐφ' ἑαυτὸν ἄφνω ἀφεῖναι· τὸ γὰρ
τοιοῦτον καταβλητικόν (cf. VIII 10, 11). παραφυλακτέον δὲ
ὅτι ὁ Ξενοφῶν οἴεται τὸν ἵππον ἀστραγάλους (I 15) ἔχειν ---.
213 διδακτέον δὲ τὸν ἵππον καὶ ὑποβιβάζεσθαι (VI 16)· ἔστι

δὲ τοῦτο διιστάντα τὰ σκέλη ἐγκαθίζειν τε καὶ ταπεινοῦν ἑαυτόν,
ὥστε εὐπετῶς ἀναβαίνειν τὸν ἱππέα (cf. VI 16). στηρικ-
τέον δὲ αὐτόν, ὅταν ὁ ἵππος ἄρξηται τῆς ἐπισκελίσεως· ἐπι- 214
σκέλισιν (VII 12, δ' ὁ Ξενοφῶν καλεῖ τὴν ἀρχὴν τῆς τῶν ποδῶν
κινήσεως. πέδη (III 5) δὲ ἱππασία ἡ κυκλοτερής (VII 13, 14),
ἑτερομήκης πέδη (VII 14) ἡ μῆκος τῷ κύκλῳ προστιθεῖσα.
ἐρεῖς δὲ σχεδία ἱππασία καὶ σχέδην ἱππάζεσθαι, καὶ ῥύμῃ ἐξελαύ-
νειν καὶ ἀπὸ ῥυτῆρος ἀνεῖναι τὸν ἵππον καὶ ἐφεῖναι τὸν χαλινὸν
εἰς τάχος καὶ πάσας ἀνασεῖσαι τὰς ἡνίας καὶ τῷ κέντρῳ ἐξαιμάσ-
σειν. [M] * τοὺς δὲ θυμοειδεστέρους ἵππους καταψᾶν χρὴ μᾶλλον
ἢ κεντρίζειν, καὶ προτρέπειν μᾶλλον ἢ ἐξαναγκάζειν. * [N] * εἰ 215
δ' ἐγκαθίζεις ἵππῳ, μὴ πάνυ τοὺς μηροὺς πιέζειν, ἀλλ' αἰωρεῖν
ὑγροὺς τοὺς πόδας καὶ παραπλήσιον εἶναι ἑστηκότι· καὶ γὰρ ἡ
ἰσχὺς πλέον ἐπὶ τῶν ἑστηκότων ἢ ἐπὶ τῶν ἐγκαθεζομένων. πειρῶ
δὲ τῷ σώματι μηδενὸς τῶν ἐργαζομένων τοῦ ἵππου προσάπτεσθαι,
οἷον ποδῶν ἢ πλευρᾶς· ἐκείνους τε γὰρ διαφέρει καὶ ταύτην πα-
ραφέρει. εἰ δ' ἔποχος εἴης ἐκ μελέτης, καὶ ῥᾷόν σε οἴσει ὁ ἵππος.
εἰ μέντοι οὕτω καθίζεις, καὶ ἀκοντιεῖς ἐπισκοπώτατα σὺν ῥώμῃ,
ἐπερείδοντος τοῦ ἵππου τὴν ἄφεσιν τοῦ δόρατος· καὶ γὰρ αὐτὸς
συμβάλλεται τῇ φορᾷ, ῥύμῃ συμπροχωρῶν. συστήσας δὲ τὰς
ἡνίας, καὶ ἠρέμα πλάγιος γενόμενος, καὶ μηκύνας τὴν χεῖρα τὴν
χαλιναγωγοῦσαν, οὕτως ἀκόντιζε. * φρύαγμα (XI 12) ἵππου ---. 216
ἔστι δὲ καὶ τάδε ἱππικὰ ὄργανα· σειραγωγεύς, ῥυταγω-
γεύς (VII 1), κέντρον, μύωψ, ὑποχαλινίδια (VII 1), ἡνία. εἴποις
δ' ἂν ὅτι τὰ μὲν ἔμπροσθεν σκέλη αἴρει, τὰ δὲ ὄ-
πισθεν προσάγεται (I 12). [Ξ] * ἀμείνων δὲ ἡ ὁμόχρως χαίτη 217
καὶ εὔθριξ· * ἀγλαΐα γὰρ χαίτη τοῖς ἵπποις (V 8) καὶ
καλλωπίζονται καὶ γαυριῶσιν ἐπ' αὐτῇ (cf. X 16)· ὁπότε
καὶ οἱ ὀνοβατοῦντες, ἐπειδὰν αἱ ἵπποι τῶν ὄνων
τὴν μῖξιν ἀτιμάζωσι καὶ ἀφυβρίζωσιν εἰς αὐτοὺς
ἀποκείραντες τὰς ἵππους ἐπὶ πηγὰς ἄγουσιν· αἱ
δ' ὥσπερ ἐν κατόπτρῳ θεασάμεναι τὴν αἰσχύνην
τοῦ σώματος ἀπηγλαϊσμένης τῆς κόμης, ἀνέχονται
τότε τὴν πρὸς τὸ χεῖρον ὁμιλίαν (cf. X 4). ἵππος μέντοι 218
πρὸς θήλειαν καλλωπιζόμενος ὀρθὸν αἴρει τὸν
αὐχένα (X 4) καὶ κυδροῦται καὶ σοβαρός ἐστιν (cf. X 16, 17)

*ἐν τῷ δρόμῳ. [O] * καὶ μάλιστα δ' ἂν αὐτῷ διαπρέψειε τὸ κάλλος, εἰ φύσει ἔχοι ἀνατεταμένον καὶ ὑψηλὸν τὸν αὐχένα καὶ ⌊τὴν κορυφὴν μεγάλην καὶ τὰ ὦτα ἐλάττω⌋* (cf. I 11) *τοῦ πρὸς τὴν κεφαλὴν μέτρου.* [Π] * ἐὰν μὲν ἐνδάκωσι τὸν χαλινὸν* (cf. VI 9)
219 *οἱ ἵπποι κλίναντες τὴν κεφαλήν, ἐκφέρουσιν· παραφέροντες δὲ τὸν τράχηλον καὶ πυκνὰ διασείοντες βιάζονται καὶ ἀποσείονται· ἀνανεύουσι γὰρ ἐπὶ τὴν ῥάχιν ἀναχαιτίζοντες. [Ρ] * ἔστι δέ τις ἵππου δρόμος ἔκδρομος, ὅταν ὑπὲρ τὸ τεταγμένον τοῦ δρόμου μέτρον ὑπὸ ῥύμης ἐκφέρηται.* [Σ] * ὁ μὲν σκληρὸς ἵππος δυσκαμπής, κἂν ἐφῇς αὐτῷ τὸν χαλινόν, οὐ ῥᾷστα ἀναλαμβάνει· ὁ*
220 *δὲ μαλακόγναθος καὶ πειθήνιος ταύτῃ κρίνεται, εἰ τὸν χαλινὸν ἐφέντι, ὅταν ἀναλαβεῖν ἐθέλῃς, ῥᾳδίως πείθεται, καὶ εἰ ὑποσημήναντος εἰς δρόμον μετὰ ῥύμης ἐκδραμών, σύνθημα εἰς στάσιν δόντος εὐθέως ἵσταται.* ἐν τοῖς οὐκ εὐκόλοις χωρίοις εἰσὶ καὶ βῶλοι καὶ ἐργάσιμα καὶ ἀρόσιμα καὶ ἀντίτυπα καὶ στενόπορα· ἐν τοῖς εὐκόλοις ἱππόδρομοι, λεωφόροι, ἁμαξήλατοι, πλατεῖαι, εὐρυχώρια. ἐν τοῖς ἀντιτύποις πάσχουσιν αἱ κνῆμαι, ἃς Ξενοφῶν καλεῖ στήριγγας τοῦ σώματος* (I 5). *τὸ δὲ ἐπιραβδοφορεῖν* (VII 11) *τὸν ἵππον, ὅπερ γίνεται εἴ τις εἰς δρόμον ἐξελαύνει, οὐ πάνυ ἐπαινοῦσιν οἱ ἱππικοί. καλοῦνται δὲ ἱππεῖς ἱππόται* (VIII 10), *ἡνίοχοι, ἀναβάται, ἀμβάται, καὶ ἱππερασταὶ δὲ οἱ φίλιπποι.*

Nobis igitur in ipsam lexicographi officinam hoc modo ingressis iam satis patet eum avidis manibus Xen. despoliasse. At in altera parte (199-220) sententias integras haud paucas legimus, quas e Xen. haustas non esse patet (vix Michaelio assentiaris, qui Pollucem 'quasi ducem' secutum esse Xen. censuit), neque grammaticum sapere nobis persuadendum est.

Singulos videamus locos. [1]

---

[1] Hunc vel illum ex iis quos proferam locis ad Simonem redire suspicati sunt Cour., Schneid. (adn. ad REqu.), Michaelis, *de J. Poll. studiis Xen.*, p. 18. At, cum sententiae tum dicendi generis ratione habita, multo plures Polluceos locos Simoni adiudicandos esse argumentis conatus sum statuere.

s. 199. *καθαιρέτω - θεραπευέτω.* Accurate distinguitur *ἡ χελιδών* ab ungulae cavitate; contra Hesych.: *χελιδών· τὸ κοῖλον τῆς ὁπλῆς τῶν ἵππων*, atque Schneid. - Dind., Ind. ed. Oxon.: *χελ.* 'cavitas ungulae equinae'; at *ἡ χελιδών* (nos '*forchetta*') est pars cornea prominens ex ima ungulae cavitate ('*suola*'), quae cavitas subduriore tegumento cingitur ('*muraglia*'). Ranula autem linea ('*vuoto*') inciditur.

Artis peritus haec distinxit. Minus accurate Xen. VI 2: *δύναιτο - ὁπλήν.*

καὶ τὴν κνήμην - τὴν κόνιν. Haec Xen. V 5: *ἔπειτα δὲ κατὰ μὲν τὸ ἄλλο σῶμα πᾶσι τοῖς τῆς καθάρσεως ὀργάνοις ἀνιστάντα δεῖ τὴν τρίχα σοβεῖν τὴν κόνιν κατὰ φύσιν τῆς τριχός· τῶν δ' ἐν τῇ ῥάχει τριχῶν ἄλλῳ μὲν ὀργάνῳ οὐδενὶ δεῖ ἅπτεσθαι, τοῖς δὲ χερσὶ τρίβειν καὶ ἁπαλύνειν ᾗπερ φύσει κέκλινται.* In quibus ⟨*οὐ*⟩ *κατὰ φύσιν τ. τρ.* CGessner, consentiente Schneid. ('si enim *κατὰ φ. τ. τρ.* destrinxeris non fit quod ait Xen., ut *ἀνιστὰς τὴν τρίχα*, erigens pilos, teras. Sequens *ᾗπερ φύσει κέκλ.* docet in dorso contrarium fieri'). Animadvertendum est contra non eandem esse natura in omnibus corporis partibus pilorum inclinationem; idcirco strigilem sursum *(ἀνιστάντα τὴν τρίχα)* deorsum *κατὰ φύσιν τ. τριχός* (Aps. *Hipp. Berol.* XXXIV 4 *ἀποτρίβειν κατὰ τρίχα)* ducendum esse; dorsum autem non destringi sed demulceri. ⟨*Κατὰ δὲ τὴν κνήμην*⟩ *κατὰ φύσιν τῆς τρ.*, collato Poll., Diels; at ne tibiae quidem destringuntur, utpote quae *ὀστώδεις;* lavantur autem aut manibus fricantur *(τριβέτω* Poll.; cf. Xen. V 10*)*. Non est igitur cur de Xen. tradita scriptura dubitemus. Pollux autem hic Xen. auctorem non habuit, sed alium artis peritum qui brevius, non tamen minus accurate quam Xen., de equi destrictione praeceperat; hinc Xen. quoque pendere dixeris. Atque cum Poll. de *μηριαίᾳ* loquatur (de qua silet Xen.), Simonem hic mihi deprehendere videor (cf. p. 15). Nihil denique de crurum lotione e Xen. Pollux, qui Simone usus de tibiarum fricatione tantum dixit.

200. *ἐνεθιζέτω δὲ τὸν πῶλον - τραχείᾳ.* Possunt quidem v. *ἐνεθιζέτω - λιθώδει* Xen. IV 4 respicere; v. autem *μὴ πάντῃ*

τραχείᾳ de suo addidisse Poll. parum credibile est. Uterque fortasse e Simone hausit; fusius ille explicavit, descripsit grammaticus. Hoc uno autem loco animadvertendum est Poll. de pullo mentionem fecisse. Qui locus haud scio an ad postrema fr. Cant. verba (*ἕλκεται ὁ πῶλος κτλ.*) sit referendus, ita ut credamus Simonem, in iis quae fr. excipiebant, de *πωλοδαμνίᾳ*, propria vocabuli notione, breviter egisse; quem quidem rerum ordinem ap. Xen. videmus. Hic autem cum dixit (II 1) qua de causa supervacaneum censeret de *πωλοδ.* loqui, se excusasse videtur quod ea praetermissurus esset quae ap. Sim. invenisset, scilicet verens ne sibi vitio apponeretur quod haec omisisset quae Sim. ad rem utilia censuisset. Mea enim sententia multo plura [1] Simoneis addidit Xen. quam ex eis omisit.

201. *τὰ μέντοι - ἀλοιφή.* V. *ἁπαλύνει - ἀλοιφή* aequo animo Polluci concedo, Xenophontea illa IV 4 explicanti: *τὰ δ' αὐτὰ ἀνθρώπων τὰ σάρκα καὶ ἵππου στόμα ἁπαλύνει.*

202. *ἣν μὲν γὰρ - παραινῶ.* In *γάρ* v. haereo, si haec Pollucis sunt. *Παραινῶ* autem illud praecipientis magis cuiusdam quam lexicographi esse suspiceris. At Poll. sect. 199 sqq. ut tamquam de re equ. libellum absolutum conflaret consilium inisse iam dixi. [2]

ἐπεὶ δὲ ψηχόμενον - παύηται. Haec de cautionibus in destringendo equo adhibendis, quae ap. Xen. de destrictionis usu praecepta recte excipiunt, ap. Poll. autem ab his, sectt. 200 *καὶ πρὸς* - 202 *οὐ κωλύει* insertis, ex Xen. fere omnia satis incondite conflatis, separantur, a Xen. praeceptis prorsus dissentiunt. Verisimile est Poll., ut mos ei fuit, post multa ab altero fonte compilata, ad alterum redisse. Frustra

[1] v. quae dicturus sum ad 204.

[2] Mox videbimus haud raro in Poll. enuntiata integra locutionesve e Xen. hausta bis reperiri, sc. in glossis atque in praeceptis; in illis verborum, in his rei causa prolata; cf. e. g. 183 *καταπλύνειν δὲ δεῖ λέγειν τὴν κεφαλὴν οὐ καθαίρειν* — 200 *τὴν δὲ κεφαλὴν καταπλύνειν δεῖ μᾶλλον ἢ καθαίρειν.*

igitur utriusque scriptoris verba, ut fecit Schneid., immutando, Pollucis cum Xen. consensum requiras. V. infra in emendd. ad *REqu.*

203-4. Si, ut verisimile est, sect. 202 extr. Pollux ad Simonem rediit, quem arripuit non misit. Certe inter fragmenta sectt. 201. 2 et 205 acervatim ex Xen. compilata inopinatus incidit totus hic locus (sectt. 203. 4) apte compositus, in quo, brevitate illa artis propria, verbisque imper. modo vel infinit. imper. notione positis, praecepta dantur quae ap. Xen. vel uberius expressa vel nulla legimus. Quo loco de *πωλοδ.* agi censuit Michael. p. 17 ('quomodo pullus ad equitandum praeparetur'); at de equo qui iam equitem patitur mentionem fieri manifestum est. Animadvertendum est autem destrictionem frenique iniectionem Xenophonti equisonis esse negotium; haec Polluci facit *ὁ τοῦ ἵππου ἐπιμελητής.* Verbis denique quae sunt *καὶ ποτέ - γνάθον* respondere videtur *REqu.* VII 13; atque fortasse Xen. sententiae *μεταβάλλεσθαι δὲ τὴν ἱππασίαν ἀγαθόν, ἵνα ἀμφότεραι αἱ γνάθοι καθ' ἑκάτερον τῆς ἱππασίας ἰσάζωνται* semen quoddam in verbis deprehendimus, quae Simoni tribuenda vidd., *καὶ τὸ χαλινὸν μεταβάλλεσθαι κτλ.* Ceterum, cum in fine huius loci Poll. Simonem laudavit, ansam praebuit ut totum locum ex Sim. ab eo, solito more, descriptum esse suspicaremur.

205. *καμπὰς - ἀποκάμπτειν.* Pollucis haec videntur, ex *REqu.* VII 14-16 parum caute sumpta, cum aliud sit *ἀναλαμβάνειν* atque *ὑπολαμβάνειν.* Iis quae secuntur, non Xenophonteis quidem, *ἣν δὲ κάμῃ - δρόμος* satis perite de equi *εὐσχημοσύνῃ* disseritur.

206. *καὶ ἣν μὲν - βιάζου.* Haec Xenophonti non debuit Pollux. Hinc fortasse Xen. X 3-5.

208. *εἰ δ' εἰς τάχος - ἀσθενής.* Nihil de hoc Xen. Haud seiungendus hic locus vid. a sect. 203.

209. inter *λέξεις* nullius momenti conspicuum est fr. *καὶ ἐφεδρεύειν - φιλοτιμίας.* De suo sententiam tulisse Poll. parum credibile est. In praestantissimis codd. BC legitur *ἐφεδρεύειν ἐρεῖς, ὡς Ξενοφῶν, εἰ καὶ κτλ.* V. *ὡς Ξ.* om. Bethe, recte

admonens *ἐφεδρεύειν* v. non legi ap. Xen. Suspiceris Poll. lapsum esse, cum voc. e Sim. haustum Xenophonti tribuit.

210. *τὸ δὲ ἐνδόσιμον - πόδας.* Verba ferme *τὸ δὲ ἐνδόσιμον - χαλινῷ* prae oculis habuisse dixeris Xen. X 1. 2, non tamen ut sententiam omnino probaret (*τοῦ μὲν ἕλκειν τε τὸ στόμα τῷ χαλινῷ καὶ μυωπίζειν... τὸν ἵππον, ἃ οἱ πολλοὶ ποιοῦντες λαμπρύνειν οἴονται, ἀπέχεσθαι δεῖ κτλ.*, quae repetit Poll. 211). De *ἀθύμῳ ἵππῳ* nihil Xen.; cf. IX 12. In iis quae ap. Poll. secuntur multa scite cogitata explicataque legimus, ad quae referri possunt *REqu.* IX 2 *πρῶτον τοίνυν κτλ.* In hac sectione igitur potius quam Xen. sententias a grammatico contractas quaedam deprehendere mihi videor a Xen. vel illustrata vel parce detorta.

211-13. Iterum ad Xen. redit Poll., ex capp. IX, VIII, VII intemperantius hauriens, nullo tamen sententiarum ordine servato. Quae de Xen. ducta antecedunt ad capp. X, XI pertinent. Dixeris Poll., cum Xen. libellum compilando evolvisset, ut Simoneis aliquid identidem ex alio fonte depromptum interponeret, nunc ad anteriora, parum se ex iis hausisse querentem, regressum esse, usque ad VI 16, unde quaedam de equo conscendendo prorsus alieno loco inseruit. Animadvertendum est autem inde ab hac sect. nomina et locutiones tantum e Xen. eum expressisse.

214. Inter *λέξεις* nonnullae nota dignae videntur, quae ap. Xen. non inveniuntur: *ῥύμῃ ἐξελαύνειν, ἀπὸ ῥυτῆρος ἀνεῖναι τὸν ἵππον, ἐφεῖναι τὸν χαλινὸν εἰς τάχος, πάσας ἀνασεῖσαι τὰς ἡνίας.* Adde *τῷ κέντρῳ ἐξαιμάσσειν.* [1]

Ea quae secuntur *τοὺς δὲ θυμ. κτλ.* apte coniungi posse vidd. cum 210, ita ut haec fere sit oratio: *τῷ (μὲν) ἀθύμῳ ἵππῳ οὐδὲν φαῦλον καὶ ἐμβαλεῖν τῷ μύωπι | τοὺς δὲ θυμοειδεστέρους... κεντρίζειν.* Quod autem inter sectt. 210 et 214

---

[1] Quam locut. (v. et. Poll. II 215) e Xen. (*Cyr.* VII 1, 29) ductam quidam voluerunt (cf. Michael., p. 12 n.). Vocab. *ἐξαιμάσσειν*, prosae orat. ante Romanorum aet. alienum, Doricae dialecti esse censet Gautier, p. 36. At v. infra, p. 46 n.

Poll. Xenophontea quaedam inseruit, hinc quoque colligi posse vid. grammaticum, tamquam per alternas vices, suis auctoribus usum esse. Sectio autem quae sequitur 215, cum compositione et ambitu verborum, tum sententiarum absolutione atque artis peritia, valde est perspicua; inde fit ut opiner Poll., Xenophonteis quibusdam interpositis, ad Simonem inde ab extrema s. 214 redisse. De equo insidendi atque iaculandi ratione cf. *REqu.* VII 5-9, XII 13, 14; at quae Poll. praecepit e Xen. fluxisse nemo concedat.

216. Nominum locutionumque serie hic rursus ordo rerum interrumpitur. *Ἀμείνω - εὔθριξ* procul dubio Simonea; cf. fr. Cant. s. 3.

218. *καὶ μάλιστα* - 220 *ἵσταται.* Hic quoque locus sententiarum concinnitate perspicuus. Ad v. *καὶ μάλιστα - μέτρου* referenda sunt quodammodo *REqu.* I 11 (at *ὑψ. αὐχ.* Xen. non dixit); eiusdem scriptoris haec esse dixeris qui *τὴν συμμετρίαν* (fr. Cant. s. 3) laudavit. Cetera de equorum vitiis virtutibusque singularem artis peritiam prae se ferunt. Excipit alia nominum locutionumque series.

Patet igitur in hac sui operis particula, praesertim sectt. 199-220, non ab uno Xen. grammaticum quae scripsit mutuatum esse. Eos autem locos quos ad Xen. redire posse aut Pollucis esse negavi ex Simone expressos esse multis de causis mihi persuadeo.

Xen. verbis I 1 *συνέγραψε καὶ Σίμων περὶ ἱππικῆς κτλ.* Pollucem adductum esse ut antiquioris scriptoris libellum suum in usum conquireret suspicari licet. Cum autem lexicographum multo plura Xenophonti debere videamus [1] quam

---

[1] His locis suos fontes, saepius singulorum vocabulorum, Poll. commemorat (S. = Simo; X. = Xen.): in priore parte: 182 X., 188 X., 190 S., 191 X., 194 S. bis, 198 S.; in posteriore: 201 X., 204 S., 213 X., 214 X., 220 X. (quinquies omnino S., septies X.). Praeterea Homerum, Platonem atque Aristot. *h. a.* Mirum eum ex Plat. *Legg.* VIII 838 C vocabulum quoddam hausisse, nihil autem ex *Phaedri* capite illo (XXXV) quod vocabulis locutionibusque ad equum pertinentibus redundat.

quae se ex eo hausisse fateatur, verisimile est eum in Simone eadem usum esse ratione; quin etiam grammatico, verba locutionesque summo studio captanti, Simonis libellum, cum ob magnam scriptoris rerum peritiam tum propter siccum illud dicendi genus, utiliorem esse potuisse concedas. Revera, comparatione cum fr. Cantabr. statuta, in iis quae sunt de equi corporis natura Simonem bis tantum a Poll. laudatum esse, saepius autem auctorem adhibitum videmus. Praeterea Pollucem alio de re equ. scriptore, praeter Sim. atque Xen., usum esse negaverim,[1] alioquin enim eius nomen, qua fuit eruditionis ostentatione, silentio vix praetermisisset. Utrumque igitur scriptorem, Simonem dico atque Xen., inde a sect. 199, quasi per alternas vices (narrationi enim e Xen. ductae fere aequis intervallis locos aliunde haustos intermissos esse vidimus) ei disputationis materiam praebuisse nobis est persuadendum.

Ex commentario autem illo ad Xen. *REqu.*, quem in epistula X se olim inspexisse testatur,[2] pauca quaedam eum hausisse verisimile est; locos tamen quos attigi, in quibus vel Xenophonti aliena vel Xen. sententias aut detortas aut contractas deprehendimus, nemo ex comment. ad Xen. ductos credat. Neque opinari licet grammaticum Xen. sententias contraxisse (multa enim quae his locis ap. Poll. legimus frustra in Xen. requiras) aut de suo quaedam addidisse (constat enim eum Xen. sententiarum ne interpretem quidem satis accuratum fuisse).[3] Ceterum, ne quis miretur onoma-

---

[1] A Polluce libellum qui *Hipparchicus* inscribitur adhibitum esse affirmare non ausim. Tribus enim locis: 196 *τειχίον ὑπερακρίσαι* (*Hipp.* VI 5); 214 *σχέδην* (III 4); *ibid.* *ἀνεῖναι τὸν ἵππον* (III 2 *ἀνιέναι τοὺς ἵ.*) hunc librum inspexisse vid. (MICHAEL. p. 16). Nullo autem modo mihi persuaderi potest si *Hipp.* adhibuisset tam pauca eum expressurum fuisse. Suspicor haec Poll. e Sim. hausisse; v. infra p. 46 n.

[2] *ἐνέτυχόν ποτε βιβλίῳ τὸν Ξενοφῶντος ἱππικὸν ἐξηγεῖσθαι λέγοντι*, cf. MICHAEL., p. 15.

[3] de eius rerum equestrium inscitia v. MICHAEL., p. 28 sq. Adde, e. g., 206 *καλεῖται δὲ τοῦτο [?] ἱππάζεσθαι*, ut eum (si tradita lectio

sticographum fere omnia a suis auctoribus furatum esse, nemo ignorat Poll. ea quae avidis manibus e fontibus hausisset tamquam sua satis impudenter proferre solitum esse.[1]

Certe ii loci de quibus locutus sum notam quandam communis originis prae se ferunt; quod alia quoque via confirmare conabor, verba quaedam locutionesque in iis obvia perpendens.

Non ignoro equidem quam haec via sit lubrica, praesertim cum constet numquam fere[2] Poll. suos auctores ad verbum descripsisse; at, quamquam eum Simonis, ut Xenophontis, verba vel in brevius contraxisse vel in aliam formam redegisse concedo,[3] non omnia tamen ita obruta et immutata esse posse contendo ut prorsus nullum pristinae orationis exstet vestigium.

Quod si, in iis quae ap. Poll. ad Xen. redeunt, Xen. orationem identidem agnoscimus, non est cur omnem spem abiciamus in iis quae Simoni tribuenda videntur Simoneae quoque orationis indicia quaedam nos invenire posse; praesertim cum, ut dixi, verisimile sit Pollucem, sententiosam orationem captantem, in veteris ieiuni concisique scriptoris quam in Xen. vestigiis accuratius institisse.

Quae ap. Poll. de re equ. legimus haud una eademque ratione explicata esse iam dixi; alia enim ex nominibus locutionibusque tantum, alia ex sententiis concinna oratione explanatis constare.

---

genuina est) haud ubique eadem diligentia usum esse tibi persuadeas. Quae cum dico haud mihi quidem quidquam de grammatici laude - quam magna, hercule - detrahere in animo est.

[1] 'auctoris nomine iusto rarius addito, nimirum ut sua viderentur quae sine magno labore aliunde hauserat' MICHAEL., p. 6.

[2] 'Xen. sententias numquam ad verbum exscripsit' BETHE, ad V 30; cf. GFALBE, *Studia Xen.*, 1909, p. 45. Quod de sententiis integris tantum dictum probo; nam saepius incisa et membra verbo tenus reddidit. Quanti autem sit Poll. ad Xen. scripturam restituendam v. ap. FALBE, p. 44 sqq.

[3] MICHAEL., p. 18. At una eademque in excerpendo ratione Poll. in toto opere usum esse quis credat?

Cum autem Pollucem nomina locutionesque ex isdem Xen. locis saepius hausisse videamus quos fere integros in altera disputationis parte suos fecerit,[1] haud absurdum videtur nomina locutionesque, quae Xen. desunt, bis a Polluce usurpata, inter glossas dico atque in locorum, quos Simoni tribuo, verborum contextu, antiquo scriptori adiudicare; ex hoc quam horum locorum auctoritas quoque fidesque augeantur nemo est quin videat.

Haec autem in glossarum enumerationibus (s. 181-198 vel quae passim disputationi sunt insertae) atque in excerptis (s. 199-219) inveni:

in gloss.	in exc.
181 *ἵππου ἐπιμελητής*	199 *ὁ... τοῦ ἵππου ἐπιμελητής*
186 *γῆ ἄπεδος, λεία*	204 *ἐλαυνέτω... ὁ ἐπιβάτης εἰς τὰ ἄπεδα καὶ λεῖα*
186 *χωρία... τραχέα... λιθώδη*	200 *ὁδῷ λιθώδει, μὴ πάντῃ τραχείᾳ*
187 *προσβαίνειν*	204 *προσβάσεις*
193 *οἱ πρόσθεν πόδες - οἱ κατόπιν*	203 *ἐπὶ... τοὺς μὲν πρόσθεν πόδας... ἐπὶ δὲ τοὺς κατόπιν*
196 *ῥᾳδίως ἐξορμῶν,*[2] *εὐκόλως καθιστάμενος*	208 *ποτὲ μὲν ἐξόρμα,*[3] *ποτὲ δὲ καθίστη*
197 *σκληρόστομος*	218 *σκληρὸς ἵππος*
197 *κάτω νεύων*	205 *κατανεύειν τὴν κεφαλήν*

[1] 211 *ὁ πομπικὸς ἵππος ἐχέτω ψυχὴν μεγαλόφρονα...* (194 *μεγαλόφρων,... πομπικός*; v. 181); 199 *ἀνακαθαίροι, ῥᾷον ἂν ἐκσοβοῖ τὴν κόνιν...* (183 *ἀποκαθαίρειν, ἐκκαθαίρειν, ἀποσοβεῖν τὴν κόνιν*); 200 *τὴν δὲ κεφαλὴν καταπλύνειν δεῖ μᾶλλον ἢ καθαίρειν* (183 *καταπλύνειν δὲ δεῖ λέγειν τὴν κεφαλὴν οὐ καθαίρειν*) cett. Pollucem ex uno Xen. loco idem bis vel etiam ter laudare, diversissimisque locis eosdem adire fontes MICHAEL, quoque p. 8 animadvertit; de frg. Cant. v. infra. Adde 196 *εὔδρομος*, 194 *καὶ τοῦτο δὲ Σίμωνος· εὔδρομος δὲ ὁ ἵππος κτλ.* Cf. autem quae dixi p. 38 n 2.

[2] intrans., de equo.

[3] transit., de equite. Duplici v. *ὁρμᾶν* signific. Xen. quoque utitur VII 17, IX 8; VIII 7, X 15; *-ᾶσθαι* IX 5, X 15.

198 *ἀναχαιτίζων, ἀποσειόμενος*	210 *ἀποσείονται καὶ ἐκφέρουσι καὶ ἀναχαιτίζουσι ἱστάμενοι κατὰ τοὺς οὐραίους πόδας*
	218 *ἐκφέρουσιν... καὶ ἀποσείονται... ἀναχαιτίζοντες*[1]
214 *ῥύμῃ ἐξελαύνειν*	210 *σφαλεροτέραν παρέχουσι τὴν ῥύμην*
	215 *ῥύμῃ συμπροχωρῶν*
	219 *ὑπὸ ῥύμης ἐκφέρηται*
	220 *μετὰ ῥύμης ἐκδραμών*
214 *ἐφεῖναι τὸν χαλινόν*[2]	219 *κἂν ἐφῇς τὸν χαλινόν*
	219 *τὸν χαλινὸν ἐφέντι*

[1] Mirum ap. DIONYS. HAL., *A. R.*, eadem fere legi V 15 *οἱ ἵπποι... ἐπὶ τοῖς ὀπισθίοις ἀνίστανται ποσὶ καὶ τοὺς ἐπιβάτας ἀναχαιτίσαντες ἀποσείονται*; (adde *τῇ ῥύμῃ τῆς φορᾶς* (cf. P. 215 *συμβ. τῇ φορᾷ, ῥύμῃ συμπρ.*). Hunc fere ad verbum consensum vix fortuitum credas neque Poll. Dionysio auctore de rebus equestribus usum esse verisimile dixeris. De *ἀναχαιτίζειν* v. cf. adn. ad SOPH. fr. 179 Pearson.

[2] i. e. frenum remittere, laxare; Xenophonti (X 12; 16; XI 3) *διδόναι τὸν χαλ.* Aliae locutt. ad frenum pertinentes ap. Xen. atque Poll. sunt hae (stellula distinxi Poll. locos qui, ut vid., ad Sim. redeunt):

de equo: λαμβάνειν τὸν χαλ. VI 10, VIII 14; *δέχεσθαι* (= *λαμβάνειν ἐθέλειν*) VI 10, VIII 14, *εἰς τὸ στόμα* III 2; *ἁρπάζειν* (*avide arripere*) VI 11. — *τοῦ χ. συνιέναι* (*sentire*) P. 201; *τῷ χ. προσεθίζεσθαι* P. 203 *; *τῷ χ. βαρύνεσθαι* VIII 8; *ὑπὸ τοῦ χ. πιέζεσθαι* X 15. — *τὸν χ. οὐ προσίεσθαι* P. 198 (in glossis); *οὐκ ἐᾶν κατὰ χώραν* P. 207; *μεταβάλλειν ibid.*; *ἀναλαμβάνειν πρὸς τὰς γνάθους (ut mordeat)* X 9, *εἰς τὸ στόμα* P. 207; *συνδάκνειν* (*ἐνδ.* em. NABER, Mnem. 1912, p. 214; haud necesse) *τὸ στόμιον* VI 9, *ἐνδάκνειν τὸν χαλ.* P. 218*; [de locut. *δάκνειν τὸν χαλ.* v. quae scripsi BFCl. 1930, 11, p. 15 sqq.]; *ἀπὸ τῶν γνάθων ἀφιέναι τὸ στόμιον* X 9.

de equite: ἐμβάλλειν τὸν χ. III 2, VI 8, P. 201; *περιθεῖναι τὸν χαλ. τῷ στόματι* P. 184 in glossis (*qui parum apte respexit* XEN. V 3: *τὸν κημὸν περιτιθέναι τῷ ἵππῳ; cf.* P. 148 *atque* SCHOL. ARISTOPH. *Equ.* 1150); *ἐξαιρεῖν* (A, *ἐξαίρειν cett.*) III 2. — *διδόναι τὸν χ.* (*remittere, laxare*) X 12, 16, XI 4; *ἐνδιδόναι τὸν χ.* P. 208 *, *τὸ στόμιον* P. 211; *ἀφιέναι* P. 207 *; *ἐφιέναι* P. 219 * 220 *, *εἰς τάχος* 214 in glossis; *ἀνακρούειν τῷ χ.* XI 3, P. 211; *ἀντιλαμβάνειν τοῦ ἵππου τῷ χ.* (*in declivibus equum freno retinere, adiuvandi gratia*) VIII 8; *ἀντιλαμβάνεσθαι τῷ χ.* (*retinere, inhibere*); *μεταβάλλειν τὸν χ. ἐφ' ἑκατέραν τὴν γνάθον* P. 204 *.

Quorum nominum locutionumque quaedam, quamquam, nulla peculiari nota perspicua, parvi momenti per se ipsa sunt, in summa tamen haud spernenda dixeris; alia autem sunt artis propria (terminos technicos, quos vocant, agnoscas), quorum nonnulla *(ἀναχαιτίζειν, ἀποσείεσθαι, ἐκφέρειν, ἐφεῖναι τὸν χαλινόν, ῥύμη)* bis terve usurpata, ita ut singulare in ea scriptoris studium pateat. Quae cum ap. Xen. *REqu.* non legamus, neque quisquam Pollucis minervae tribuenda esse credat, in iisque excerptis inveniamus quae Simoni adiudicanda aliis quoque de causis videntur, vere Simonea esse verisimile fit. Inter haec nota dignum vocabulum est *ῥύμη*, [1] quod nimis fortasse in deliciis scriptori fuisse conicias, cum quinquies id in paucis versibus legamus. Vere Atticum vocabulum (Aristoph., Thuc., Plat., Dem.), nusquam fere usurpavit Xen.; nusquam in *REqu.* quidem neque in *Hipp.*, quibus in libellis ei de equi impetu loquenti praesto erat. Animadvertendum est autem aliud voc. *ἀποσείεσθαι* semel (*Cyr.* VII 1, 32) a Xen. usurpatum esse. [2]

---

[1] 'Rare' GAUTIER, p. 204. Vocab. legimus *Cyn.* VII 1, 31 atque *Cyn.* X 12. Ap. Poll. iis quos protuli locis, atque, in l. V, s. 22, 24, 79 ex *Cyn.* X 12.

[2] Num Pollux ex Xen. *Hipparch.* tres illas locutt. *σχέδην ἱππάζεσθαι, ἀνεῖναι τὸν ἵππον, τειχίον ὑπεραχρίσαι* sumpserit dubium esse iam dixi p. 4? n. Tempus est quid de his censeam dicere.

Quin Xenoph., antequam ad *Hipparch.* conscribendum aggrederetur (in quo ei de equis nutriendis exercendisque atque de equestribus decursionibus dicendum erat), Simonis libellum perlegisset non dubito. Ex hoc quaedam in *Hipparch.* irrepsisse opinor, quae Poll. ex eodem fonte mutuatus sit.

Verumenimvero ex illis tribus locutt., duae in locutionum technicarum enumeratione illa sunt s 214: *ἐρεῖς δὲ σχεδία ἱππασία καὶ σχέδην ἱππάζεσθαι καὶ ῥύμῃ ἐξελαύνειν καὶ ἀπὸ ῥυτῆρος ἀνεῖναι τὸν ἵππον καὶ ἐφεῖναι τὸν χαλινὸν εἰς τάχος καὶ πάσας ἀνασεῖσαι τὰς ἡνίας καὶ τῷ κέντρῳ ἐξαιμάσσειν*. Inter quas locutt., *ῥύμῃ ἐξελ.* atque *ἐφεῖναι τὸν χ. εἰς τ.* satis verisimili ratione, ex iis quae dixi, Simoni adiudicanda vidd. Suspicio quidem inest ceteras quoque ex Sim. esse desumptas, cum praesertim hanc s. 214 locus satis longus ex Sim excerptus

Praeterea, quo magis quae ratio Polluci intercedat cum Simone pateat, haud inutile videtur quid ex fr. Cantabr. eruerit grammaticus inquirere.

fr. Cantabr.		Poll.	
§. 5	*ἄσαρκα*	188	*ἄσαρκοι*
6	*προτομή*	189	*προτομή*
3	*ὁμόχρως (χαίτη)... καὶ εὔθριξ*	»	*χαίτη εὔθριξ* - 217 *ὁμόχρως χαίτη καὶ εὔθριξ*
5	*(ὁπλὴ) πλήρης καὶ σαρκώδης*	191	*ὁπλαὶ πλήρεις, σαρκώδεις*
6	*στήθη μὴ στενὰ λίαν*	»	*στήθη στενά* (ex contr.; de vitio)
5	*εὔφορα*	194	*εὔφορος*
9	*τὴν δὲ κέρκον μετέωρον*	190	*οὐρὰ προμήκης· Σίμων δ' αὐτὴν καὶ κέρκον καλεῖ*

Ea tantum indicavi quae Xen. desunt; vocabula autem locutionesque Xen. atque Simoni communia - haud pauca quidem in hac particula - ab utro Pollux hauserit diiudicari non potest. Sed ex hoc quoque glossarum specimine, etiam in iis quibus equi corporis partes describuntur, quamquam

---

sequatur. Quae si vera sunt, mea opinio quoque confirmari videtur (p. 40 n.), locut. *τῷ κέντρῳ ἐξαιμάσσειν* Simoneam esse. Quam unam ex *Cyrop.* VII 1, 29, tres illas tantum ex *Hipparch.* Pollucem hausisse vix credas. Utriusque igitur scriptoris, Xenoph. dico atque Poll., Simonem in his, ut saepius, auctorem fuisse consentaneum est.

Idem de locut. *τειχίον ὑπεραχρίσαι* dicatur.

In *Cyrop.* autem alia quoque Simonea inveniuntur *(ῥύμη, ἀποσείεσθαι, κατόπιν)* quae in cett. Xen. opp. desunt.

Quo fort. argumento confirmari possit eorum sententia (cf. DITTEMBERG., Herm. XVIII, p. 321 sqq., ROQUETTE, p. 85, all.) qui *Cyrop.* eodem fere tempore confectam esse atque lib. *REqu.* iudicant; at opinabilia haec atque controversa.

Utcumque res se habet, haud dubium vid. quin, ut recte CASTIGLIONI admonuit (Rend. Accad. Lincei XXXI, 1922, p. 17), Cyropaedia sit « la somma, il concentramento delle idealità Senof. e però certamente posteriore alla maggioranza degli scritti congeneri »; in quam etiam in vocabulorum locutionumque usu atque dicendi genere potiores Xen. ingenii notas, iam maturitatem adsecuti, scientiaeque, quam longo temporis decursu adeptus esset, confluxisse mihi persuadeo.

de his uberius disseruit Xen., Simonem non abdicatum esse a lexicographo manifestum est. Eum autem semel tantum in his ad Simonem provocasse haud mirum; v. p. 41 sqq.

Redeamus nunc ad Pollucis locos quos Simoni vel ipse tribuit vel tribuendos conieci eosque cum sententiarum, tum, quantum licet, dicendi generis ratione habita, inter se comparemus, ut adfinitatem quandam inter eos inquiramus, qua nitamur in divinando quid ap. Poll. Simoni sit adiudicandum, quae Simonei libelli materia, qui tenor fuerit.

καλὸν - Σίμων λέγει. Frg. Cant. s. 6: *τὴν δὲ διάστασιν τῶν σκελῶν ἐχέτω ὡς μεγίστην.* Post quae, praeeunte Blassio, omnes, praet. Souk., illud ex Poll. enunt. *ὑπάρξει - ῥίπτειν* inseruerunt. Oderus autem in adn.: '*fortasse addenda indidem εὔδρομος δὲ ἵππος ὁ ὀλίγον αἴρων ἀπὸ τῆς γῆς ἐν τῷ τρέχειν τὰ σκέλη.*' At frg. Cant. generosi equi corporis forma describitur, neque quidquam deest. Enuntiatis vero quae ap. Poll. 193.4 legimus (atque aliis de quibus infra) hoc sibi proposuisse scriptor videtur, ut quae equi his corporis habitu atque forma praediti virtutes essent in equitando exponeret, ea quae sicce proposuisset explicans. Alicuius autem esse momenti dixeris a Poll. de re equ. materiam sic esse distributam: 188-194 *ἔπαινος ἵππου ἀπὸ σώματος* [= *frg. Cant.*, ∼ *REqu.* I]; 194-196 *ἔπαινος ἔργων καὶ γνώμης ἵππων*; 197.8 *ψόγος ἵππου ἔργων καὶ γνώμης ἐκ τῶν ἐναντίων* [pauca quaedam ex contr. ficta]; 199-220 praecepta ad equitem spectantia. Neque alienum erit, opinor, *Cyn.* caput IV conferre, cuius sect. 1 canum corporis partes sicce describuntur; secuntur autem haec (2 sqq.): *καὶ ἐὰν ὦσι τοιαῦται αἱ κύνες ἔσονται ἰσχυραὶ τὰ εἴδη κτλ.*; denique commemorantur *τὰ ἔργα τῶν κυνῶν* (6 *μετὰ δὲ τοῦ εἴδους καὶ τοῦ ἔργου τούτου εὔψυχοι ἔστωσαν καὶ εὔποδες καὶ εὔρινες καὶ εὔτριχες. εὔψυχοι μὲν οὖν ἔσονται κτλ.*). Quae cum perstrinxit, in eundem ordinem digessit Poll. V 57 sqq.: *ἀρεταὶ κυνῶν ἀπὸ σώματος — — τῆς ψυχῆς — — κακίαι κτλ.* Suspicor igitur eodem fere modo Simonem, equi corporis partibus descriptis, de equorum virtutibus vitiisque, pro cuiusque corporis animique natura,

mentionem fecisse. Cui opinioni fidem faciunt, praeter locos quos supra adduxi, Pollucis enuntiata illa *Π, Ρ, Σ* quibus equi commemorantur *ἐνδάκνοντες τὸν χαλινόν, ἔκδρομοι, σκληραί, μαλακόγναθοι* (de his nihil ap. Xen.).

Nimium superlativorum adiect. usum in fr. Cantabr. deprehendimus; cf. P. 194 *διὰ πλείστου τὰ σκέλη ῥίπτειν* (Xen. I 8 *διὰ πολλοῦ τὰ σκέλη φέρειν*; cf. 18 *τὰ... σκέλη διὰ πολλοῦ ὑποθήσει*) atque *Ν, Ο, Σ*. Enuntiatorum autem *Π, Ρ, Σ* notam quandam Simoneae orat. communem dixerim v. *ἀναχαιτίζειν, ἀποσείεσθαι, ἐκφέρειν, ἐφιέναι τὸν χαλινόν, ῥύμη.*

De enuntiatis *Α, Β,* quae sunt de destrictione, v. quae supra dixi. Alicuius momenti ut alterum Simoni adiudicemus vid. vocab. *μηριαῖα,* quod in fr. quoque Cantabr. legimus, Xen. hic omisit; alterum autem, propter v. *τοὺς πρόσθεν πόδας - τοὺς κατόπιν* - quae quidem in glossis quoque invenimus - Pollucis fonti esse tribuendum adducor ut suspicer. V. *κατόπιν* semel tantum Xen. pro *ὄπισθεν* (*Cyr.* I 4, 21). Enuntiatis quae secuntur *Γ, Δ, Ε* de freni iniectione atque de equum conscendendi ratione agitur; eundem igitur ap. Poll. atque ap. Xen. rerum ordinem deprehendimus: *ψῆξις, χαλίνωσις, ἀνάβασις,* quas ap. utrumque excipiunt *ἱππασίαι* (*Ζ - Λ*). In quo quidem ordine, ut rei quoque naturae consentaneum est, Sim. atque Xen. inter se consensisse verisimile dixeris. In *Ζ* autem ad Sim. provocatur, ex quo totum enuntiatum *ἐλαυνέτω - γνάθον* ad verbum fere descriptum concedas. Notas quasdam Simoneas esse dixeris in *Ζ ἐπιβάτης* (*ἀναβάτης* ubique ap. Xen.);[1] in *Ι ποτὲ μὲν ἐξόρμα, ποτὲ*

---

[1] de v. *ἐπιβάτης* v. MICHAEL., p. 17; alia vocabuli notione (= *ἐπιστολεύς*) ap. Xen. *Hell.* I 3, 57 cf. RMUELLER, *quaestt. Xen.*, 1901, p. 67. Ap. Pollucem quidem legimus 203 *ἀναβαίνειν, ἀναβάτης,* 204 *ἐπιβαίνειν καὶ ἀναβαίνειν καὶ ἐπέβη καὶ ἀνέβη ἐξ ὧν ἐπιβάτης* (tamquam grammaticus verba idem significantia componere voluerit, quae ap. suum utrumque fontem invenisset; animadvertendum est *ἐπιβαίνειν* v. praecedere; num quod antiquius?), 220 *καλοῦνται δὲ ἱππεῖς ἀναβάται*

δὲ καθίστη, quas locutiones in glossematis quoque legimus (*ποτὲ μέν - ποτὲ δέ* etiam in *Z* procul dubio Simon.); in *Λ* v. *ῥύμη, ἀποσείεσθαι, ἐκφέρειν, ἀναχαιτίζειν* (cf. *Π, Ρ, Σ*).

Enuntiatum *M* cum *Λ* cohaerere vid., ita ut *θυμοειδέστεροι* equi *ἀθύμῳ* opponantur (cf. *Θ γεννάδας - ἀγεννῆ*), quem *βλᾶ-κα* appellavit Xen.

At inter *Λ* atque *M* plurima e Xen. ducta, qua ex duplici fonte excerpendi ratione usus est, Pollux interposuit.

Enuntiatum *N*, autem, quod discripte continuatum est, neque Xenophontea continet neque Polluci deberi patet. Attende v. *ῥύμη* hic ut in *Λ, Π, Ρ, Σ*.

De *Ξ* procul dubio Simoneo iam dixi; *O* denique, quod ad sententiam attinet, nos ad 194, *Π, Ρ, Σ* de equorum virtutibus et vitiis revocare videtur.

Animadvertendum est enuntiata *A-Z* disposite, rerum ordine respecto, esse collocata atque cum Xen. ordine consentire; enuntiata autem *Π-Σ* haud suo loco posita videri. In quo suspicari licet Pollucem, cum cursim summatimque ex toto Sim. lib. excerpsisset, denuo opusculum evolvisse ut alia quaedam hinc illinc ad disputationem explendam erueret; quod eum in Xen. quoque fecisse vidimus. Enuntiata denique *H-N, O* (de meditatione equestri, quam libelli partem uberiorem eandemque maioris momenti fuisse consentaneum est) apte enunt. *Z* excipiunt; dolendum est tamen tam pauca de hac re, quamquam haud prorsus disiecta, scriptoris membra a grammatico esse servata.[1]

ἀμβάται (nihil in hac sect. Simonei). At 208 (in enunt. quod Sim. videtur) est *ἀναβάται*. De his cum *-βάτης* compositis, v. FRAENKEL, *nomina agentis*, p. 33.

Utroque vocab. usus esse Simon videtur. *Ἀμβάτης* quod *REqu.* III 12, V 7, XII 8 in edd. legebatur, inde a TOMMASINIO, optimorum codd. fide, explosum est. Propterea haud fort. doctissimo viro Carolo HUDE assentiendum esse dixi (BFCl. 1930 n. 12, p. 9), qui vocab. *ἀμβ.* Xen. *Hellen.* (Lipsiae, 1930) restituere non dubitavit.

[1] v. p. 33.

Maioris autem momenti inter haec omnia enuntiata ea esse videntur s. 194 et *Z*; quamquam enim de vocabulo quodam tantum in *Z* ad Simonem provocatur, quin integrum locum e Sim., eadem ratione qua in Xen. usus est, Pollux hauserit nemo dubitet. Idcirco haud inutile vid. cetera enuntt., sine auctore prolata, cum his atque cum fr. Cantabr., dicendi genere respecto, comparare. Maxima quidem huius fr. pars in nominibus est occupata neque eodem stilo Simonem usum esse in disputando de equitandi ratione atque in equi forma describenda cum par est, tum iam ex Poll. 194 et *Z* patet, Simoneae tamen orationis notas quasdam ex illo (praecipue ex sectt. 1, 2, 8, 10 sqq.) passim eruere licet.

Itaque cum in fr. Cant. contractae illae brevesque sententiae, incisa et membra inter se vel respondentia vel contraposita, imperativo modo saepius (bis deciens) enuntientur (nusquam autem Xen. in equi forma describenda hoc modo utitur) atque loco illo *Z* ex Simone ducto imperativum m. inveniamus, *A, B, Γ, Θ, I* sententias imperativo vel infinitivo m. pro imperativo[1] enuntiatas ad Sim. redire satis verisimile esse dixeris. Certe, haud Polluceum hunc stilum dixeris, cum grammaticus in l. V, plenis manibus e *Cyn.* hauriens, ne semel quidem imfin. pro imperat. adhibuerit.

Cum sententia autem illa e Sim. hausta 194 *καὶ τοῦτο Σίμωνος· εὔδρομος ὁ ἵππος κτλ.*, in verborum constructione convenire vid. *Σ*: *ὁ μὲν σκληρὸς ἵππος δυσκαμπής κτλ. ὁ δὲ μαλακόγναθος καὶ πειθήνιος ταύτῃ κρίνεται κτλ.*

Simonei stili praeterea proprium fuisse vid. breves sententias inter se coniungere, quarum altera praeceptum contineretur, altera, *γάρ* illato, praecepti ratio redderetur;[2]

---

[1] de hoc infinit. ‘in der Attischen Umgangsprache gegen Ende der 5 und zu Anfang des 4 Iahrh.’ (p. 42) futuri vi et notione usitato, v. RWAGNER *Gebr. d. Imp. Inf. in Gr.*, Lipsiae 1881; in Xen. *Cyn.*, v. FRROSENSTIEL *eig. Darstellungsform. in X. Cyn.* 1881, p. 5; PFOERTNER, *de Xen. q. f. Cyn. quaestt. gramm.*, 1925, p. 14.

[2] Idem in *Cyn.* deprehendit RADERM.; ‘stilum technicum’ agnoscas.

cf. Poll. 193 *καλὸν δὲ εἰ κτλ. - ὑπάρξει γὰρ αὐτῷ διὰ πλείστου τὰ σκέλη ῥίπτειν, Σίμων λέγει*; fr. Cant. *δεύτερος δέ κτλ.· ὅσῳ γάρ κτλ.*; *K*: ... *ἐφεδρεύειν· ἔστι μὲν γάρ κτλ.*; *Λ*: *ἐμβαλεῖν τῷ μύωπι· οἱ γάρ κτλ.*; *N*: ... *αἰωρεῖν ὑγροὺς τοὺς πόδας....· καὶ γάρ κτλ.*; *πειρῶ δὲ... προσάπτεσθαι....· ἐκείνους γάρ κτλ....*; *ἀκοντιεῖς....· καὶ γάρ κτλ.*

Variandi studium, in his quoque excerptis ut in fr. Cant., desiderari nobis persuadendum est, cum haec insuper in tam paucis versibus legamus: *A*: *εἰ... ἀνακαθαίροι - ῥᾷον ἂν ἐκσοβοῖ*; *Γ*: *εἰ δ' ἀναβαίνοι - ποιεῖσθαι*; *E*: *ἢν δὲ κάμῃ - οὐκ ἔστιν*; *Z*: *καὶ ἢν μὲν... ᾖ - τρέχει*; *H*: *εἰ δ' ἐλαύνοις - μηδ' ὁτιοῦν προβάλῃς*; *εἰ δὲ κατατείνοι - ἔστιν*; *Θ*: *ἢν δὲ... ᾖ - ἀποσείονται*; *K*: *εἰ δ' ἐγκαθίζεις - μὴ πιέζειν*; *εἰ δ'... εἴης - οἴσεις*; *εἰ... καθίζεις - ἀκοντιεῖς*; *M*: *διαπρέψειε (ἂν)... - εἰ... ἔχοι*; *ἐὰν ἐνδάκωσι - ἐκφέρουσι*; *O*: *κἂν ἐφῇς - οὐ... ἀναλαμβάνει*, quam enuntiatorum compositionem nimis placuisse scriptori [1] videmus. Enuntiati denique *Σ* structura *ὁ δὲ μαλακ. καὶ πειθήνιος ταύτῃ κρίνεται εἰ κτλ.* haud dissimilis est a fr. Cant. 8 *γνοίη δ' ἄν τις τὴν ὑγράν, εἰ κτλ.*; cf. *Π*.

Quae per parataxim, quam dicunt, vel 'a infilzatura', ut Bonghii nostri locutione utar, aut per parenthesim enuntiatorum satis crebra coniunctio orationem quidem quae *λέξις εἰρομένη* vocatur fere sapit. At, quamquam in his Pollucis locis frustra *γοργίεια σχήματα* requiris vel *μεγαλεῖα ῥήματα* illa, quibus orationem Xenophon, Gorgiae fortasse auditor, exornavit - in iis quoque quae ad docendum scripsit iisque ipsis locis in quibus nullo modo animi concitatio elatiorem sermonem exposceret -, [2] orationem tamen illam *κατὰ κόμματα* haud scriptoris imperitiae tribuendam esse censeo, cum aptos quoque compositosque verborum circuitus ei non ignotos fuisse videamus (nemo, enim, grammaticum Simonis

[1] Atque *Cyneg.* scriptori; cf. Raderm., p. 599. Quae enuntiatorum coniunctio nihil prorsus haberet quod displiceret (cf. e. g. *RLac.* IX 1 sqq.) si tam minutis sententiis oratio non frangeretur.

[2] Gautier, p. 108.

orationem perpolivisse atque eius hiantia *κόμματα* apte composuisse credat), in quibus, quamquam oratorio numero, ut par est, carentibus, nativam [1] illam dicendi artem ubertatemque deprehendimus, quam neque Antiphontem (Simonis, ut mox videbimus, fortasse aequalem) neque Herodotum dedecere dixeris, ut 202 sq. *ἐπεὶ δὲ ψηχόμενον τὸν ἵππον ἀνάγκη χρῆσθαι ταῖς ὁπλαῖς | τοὺς μὲν πρόσθεν πόδας ψήχων | κατόπιν παρελθὼν | βλεπέτω ἵνα περ καὶ ὁ ἵππος | ὡς μηδὲ βουλόμενος αὐτὸν κρούειν δύνηται· | ἐπὶ δὲ τοὺς κατόπιν μετιὼν | ἀντιμεταστρέψας ἑαυτὸν | βλεπέτω ἀντία τοῖς ποσὶν οὓς καθαίρει | τρέψας τὸ πρόσωπον ἵνα ὁ ἵππος παύηται* (cf. 215).

Quod cum nobis persuaserimus, est cur suspicemur pleraque illa brevia enuntiata haud grammatico deberi qui Simonis orationem contraxerit; singula enim per se expleta esse patet neque in definiendo alio dicendi genere scriptori uti licuit. Quas siccas atque, ut ita dicam, imperatorias sententias ita grammatico placuisse arbitror, ut eum prope ad verbum sui auctoris enuntiata expressisse putem. Verumenimvero in verborum quoque delectu est ubi Atticum scriptorem agnoscas. Vocabulis enim ab Attica dialecto abhorrentibus [2] Xen. orationem redundare scimus, quae ex dial. dorica, ut vid., ionica, ex poetarum sermone vel ex illo qui aetate hellenistica, q. d., viguit, [3] hausta esse vv. dd. contendunt. Pauca ex

[1] Blass, *Att. Ber.* I 122.

[2] Pessimum Attici sermonis auctorem saepius Xen. appellatum esse scimus (GSauppe, praef. ed. Tauchnitz. 1865, p. XV; *Lexil. Xen.*, praef.; Tycho Mommsen, *Griech. Praepos.*, p. 8, cett.

[3] Vulgata nunc quidem opinio est post Rutherfordium (cf. Hude, praef. *Hellen.*, p. VIII) Xenophontem diu patria carentem sensum discernendi quid attice dici posset, quid non perdidisse (Thiel, praef. *de Red.*, p. XXI). Equidem hoc tantum affirmari posse mihi persuadeo: multa sane vocab., quae ap. poetas vel in Iade atque Dorica dialectis, vel in illo communi Hellenist. q. d. aetatis sermone repeериuntur, in Xen. sermone inesse; cur autem hoc factum sit nos fugere. Vix enim adducor ut credam Xen., tum quoque cum Athenienses allocutus est, sermone tam ab Athen. usu abhorrenti loqui potuisse. Quod autem in dicendi genere haud sine causa vv. dd. qui-

REqu. excerpam: *δάπεδον*, dor.-ion. (Gautier p. 54); praedor., Solmsen, *Beitr.* I 74; *βλάξ, βλακώδης, βλακεία*, ion., certe non att.; *ἀνιμᾶν* hellen.; *θεμέλιον* hellen.; *ἱππών* hellen.; *ὅραμα* hellen.; *στερεοῦν* hellen.; *στήριγξ* hellen.; *ἁπαλύνειν* ion.-hellen.; *στερεός* poet. ion. hellen.; *ἀνορούειν* Hom., poet.; *κυδρός* Hom., poet.; *κυρτοῦν, κυρτοῦσθαι* Hom. posthom.; *γοργός, γοργούμενος* (*ἅπ. λεγ.* ap. Xen.) poet. posthom.; *ἀγλαΐα* Hom. cett.; cf. X 1-7.

Quae vocabb. fere ad unum omnia in Pollucis Xenophontea excerpta irrepserunt;[1] nullum autem in fr. Cantabr. neque in iis quae Poll. e Simone, me iudice, hausit, reperio. In his frustulis, contra, haud pauca Xenophonti aliena vel Atticae dialecti propria vocabb. deprehendere mihi videor: *ἀγανακτεῖν* (ap. Att. usitatum; bis tantum Xen. *Hellen.*); *ἀγεννής* Her., Plat., Dem., Aristot.; *ἀνακλᾶν* Thuc.; *ἀναλγησία* Dem., Aristot.; *ἀπραγμοσύνη* Thuc., Dem. (ap. Xen. *ἅπ. λεγ. Memor.*); *ἄφιππος* Thuc., Plat.; *γεννάδας* Aristoph., Plat., Aristot.; *ἐκφέρεσθαι* Thuc., Eur., Aristoph.; *ἐνδιδόναι* (*remittere*) Plat. Dem. (Xen. *Hellen.*); *ἐξορμᾶν* Thuc., Eur., Aristoph. (*Anab. ἅπ. λ.*); *ἠρέμα* Aristoph., Plat., Aristot.; *κάθοδος* Thuc., Eur.; *κατ' ἀρχάς* Plat.; *κατόπιν* Thgn., Aristoph., Plat. (*Cyrop. ἅπ. λ.*); *πρόσβασις* Thuc., Eur.; *ῥύμη* Thuc., Aristoph., Plat. (*Cyrop.* VII 1, 31; *Cyn.* X 12); *σφοδρότης* Plat. (*Hellen. ἅπ. λ.*); *σχολαίτερον* Thuc., Plat.[2]

---

dam deprehenderunt (cf. quae de Xen. *ἀφελείᾳ* disputavit HORN, *o. c.*, p. 11 sqq.), Xenophontem 'specimen sermonis popularis atque cotidiani' exhibere, haud scio an id in verborum quoque delectu aliquid valeat. Neque ea obliviscenda censeo, quae de Athen. sermone scriptum reliquit Atheniensis ille, [Xen.] *Ath. R.* II 8: *καὶ οἱ μὲν Ἕλληνες* [*ἄλλοι Ἑλλ.* DIND., fort. recte] *ἰδίᾳ μᾶλλον καὶ φωνῇ καὶ διαίτῃ καὶ σχήματι χρῶνται, Ἀθηναῖοι δὲ κεκραμένῃ ἐξ ἁπάντων τῶν Ἑλλήνων καὶ βαρβάρων.*

[1] Xenoph. vocabula insolentia, poetica, ut vid., composita, Pollucem quasi margaritas collegisse dixeris; cf. e. g. s. 195.

[2] Haec sufficiant. Subtilius de verborum delectu inquirere levis cuiusdam operae videatur; numquam enim inter omnes convenire poterit quid in hoc Simoni, quid Polluci sit tribuendum.

Quod casu accidere potuisse nemo credat. Haud igitur longius a vero aberrasse mihi videor, cum dixi esse cur suspicaremur Pollucem avidioribus manibus Sim. quam Xen. spoliasse atque magis pium in Simone quam in Xen. describendo fuisse.

Quod si concedis, haud supervacaneum fort. videtur hic Simonei libelli reliquias omnes plus minusve fide dignas colligere; quas, rerum ratione habita, in ordinem redigere aliqua verisimili ratione conatus sum; neque tamen me fugit haec coniectura contineri atque opinabilia esse.

περὶ εἴδους καὶ ἐπιλογῆς ἵππων - fr. Cant. (cf. XEN. *R Equ.* I, POLL. 188-189, 191).

POLL. 200 *ἐνεθιζέτω δὲ τὸν πῶλον ὁδῷ λιθώδει, μὴ πάντῃ τραχείᾳ.*

POLL. 193: *καλὸν δέ, εἰ τὴν διάστασιν ἔχει τῶν σκελῶν ὡς μεγίστην· ὑπάρξει γὰρ αὐτῷ διὰ πλείστου τὰ σκέλη ῥίπτειν, Σίμων λέγει.*

POLL. 194 (fr. 4 Rühl): *καὶ τοῦτο δὲ Σίμωνος· εὔδρομος δὲ ἵππος ὁ ὀλίγον αἴρων ἀπὸ τῆς γῆς ἐν τῷ τρέχειν τὰ σκέλη.*

POLL. 218: *ἐὰν μὲν ἐνδάκωσι τὸν χαλινὸν οἱ ἵπποι κλίναντες τὴν κεφαλὴν ἐκφέρουσιν· παραφέροντες δὲ τὸν τράχηλον καὶ πυκνὰ διασείοντες βιάζονται καὶ ἀποσείονται· ἀνανεύουσι γὰρ ἐπὶ τὴν ῥάχιν ἀναχαιτίζοντες.*

POLL. 219: *ἔστι δέ τις ἵππου δρόμος ἔκδρομος, ὅταν ὑπὲρ τὸ τεταγμένον τοῦ δρόμου μέτρον ὑπὸ ῥύμης ἐκφέρηται.*

POLL. 219: *ὁ μὲν σκληρὸς ἵππος δυσκαμπής, κἂν ἐφῇς αὐτῷ τὸν χαλινόν, οὐ ῥᾷστα ἀναλαμβάνει· ὁ δὲ μαλακόγναθος καὶ πειθήνιος ταύτῃ κρίνεται, εἰ τὸν χαλινὸν ἐφέντι, ὅταν ἀναλαβεῖν ἐθέλῃς, ῥᾳδίως πείθεται, καὶ εἰ ὑποσημήναντος εἰς δρόμον μετὰ ῥύμης ἐκδραμών, σύνθημα εἰς στάσιν δόντος εὐθέως ἵσταται.*

POLL. 191 (fr. 6 Rühl): *ἀποδεέστερος· Σίμωνος τὸ ὄνομα.*

POLL. 199: *ὁ δὲ τοῦ ἵππου ἐπιμελητὴς τάδε πραττέτω· καθαιρέτω τὴν χελιδόνα καὶ τὴν κοιλότητα τῆς ὁπλῆς θεραπευέτω καὶ τὴν κνήμην τριβέτω κατὰ φύσιν τῆς τριχός· τὴν δὲ μηριαίαν καὶ τὸ λοιπὸν σῶμα καὶ εἰ πρὸς τοὐναντίον ἀνακαθαίροι, ῥᾷον ἂν ἐκσοβοῖ τὴν κόνιν.*

Poll. 203: ἐπεὶ δὲ ψηχόμενον τὸν ἵππον ἀνάγκη χρῆσθαι ταῖς ὁπλαῖς, τοὺς μὲν πρόσθεν πόδας ψήχων, κατόπιν παρελθὼν βλεπέτω ἵνα περ καὶ ὁ ἵππος, ὡς μηδὲ βουλόμενος αὐτὸν κρούειν δύνηται· ἐπὶ δὲ τοὺς κατόπιν μετιών, ἀντιμεταστρέψας ἑαυτὸν βλεπέτω ἀντία τοῖς ποσὶν οὓς καθαίρει, τρέψας τὸ πρόσωπον ἵνα ὁ ἵππος παύηται.

Poll. 203: τὸ μὲν δὴ πρῶτον ἐκ φορβειᾶς τὸν ἵππον περιακτέον, εἶτα χαλινώσαντα ἐᾶσαι ἑστᾶναι, ὡς μὴ εὐθὺς ἑλκόμενος πονοῖτο, ἀλλ' ἐν ἀναλγησίᾳ καὶ ἀπραγμοσύνῃ τῆς σιαγόνος ἠρέμα προσεθίζηται τῷ χαλινῷ.

Poll. 204 (fr. 5 Rühl): ἐλαυνέτω δὲ τοῦτον κατ' ἀρχὰς ὁ ἐπιβάτης εἰς τὰ ἄπεδα καὶ λεῖα, τὰς δὲ προσβάσεις καὶ τὰς ἐκεῖθεν καθόδους μὴ αὐτίκα ποιείσθω, ἀλλὰ τὸν ἵππον πλαγιασάτω - οὕτω γὰρ Σίμων ὠνόμασεν - καὶ ποτὲ μὲν εἰς μῆκος, ποτὲ δὲ ἐπ' ἔλαττον, καὶ μεταβάλλων ἐφ' ἑκατέραν τὴν γνάθον.

Poll. 205: ἢν δὲ κάμῃ καὶ κατανεύσῃ τὴν κεφαλήν, οὐκ ἔστιν εὐσχήμων ἵπποις ὁ ἐν καμάτῳ δρόμος.

Poll. 206: καὶ ἢν μὲν φύσει γεννάδας ᾖ, κἂν ἀφῇς τὸν χαλινόν, ὀρθῇ τῇ κεφαλῇ τρέχει· τὸν δὲ ἀγεννῆ τῷ χαλινῷ ὡς εἰς εὐσχημοσύνην βιάζου.

Poll. 218: καὶ μάλιστα δ' ἂν αὐτῷ διαπρέψειε τὸ κάλλος, εἰ φύσει ἔχοι ἀνατεταμένον καὶ ὑψηλὸν τὸν αὐχένα καὶ τὴν κορυφὴν μεγάλην καὶ τὰ ὦτα ἐλάττω τοῦ πρὸς τὴν κεφαλὴν μέτρου.

Poll. 208: εἰ δ' εἰς τάχος ἐλαύνοις, τοῦ μὲν σώματος τοῦ σαυτοῦ μηδ' ὁτιοῦν προβάλῃς, μακρὰν δὲ τὴν χεῖρα τὴν ἡνιοχοῦσαν προτείνων σὺν βραχείᾳ τῇ ἡνίᾳ οὔσῃ ποτὲ μὲν ἐξόρμα, ποτὲ δὲ καθίστη, καὶ ἐνδίδου τὸν χαλινὸν καὶ ἀναλάμβανε. εἰ δὲ κατατείνοι αὐτὸν ὁ ἵππος ἐν τῷ δρόμῳ ἢ ὁ ἀναβάτης ἀπαίδευτός ἐστιν ἢ ὁ ἵππος ἀσθενής.

Poll. 210: τὸ δὲ ἐνδόσιμον εἰς τὸν δρόμον κροῦσαι τῷ ποδὶ τὴν γαστέρα καὶ ἀνακλάσαι τὸν αὐχένα ἐκ τοῦ χαλινοῦ. τῷ δὲ ἀθύμῳ ἵππῳ οὐδὲν φαῦλον καὶ ἐμβαλεῖν τῷ μύωπι. οἱ γὰρ θυμοειδεῖς ἀγανακτοῦσι πρὸς τὴν πληγὴν ὡς ὕβριν καὶ ἐκφέρονται εἰς δρόμον ὑπὸ ὀργῆς, καὶ σφαλερωτέραν παρέχονται τῷ ἱππεῖ τὴν ῥύμην, ἢν δὲ ἄφιππός τις ᾖ καὶ ἀβέβαιος, καὶ ἀποσείονται καὶ ἐκφέρουσι καὶ ἀναχαιτίζουσιν ἱστάμενοι κατὰ τοὺς οὐραίους πόδας.

Poll. 214: τοὺς δὲ θυμοειδεστέρους ἵππους καταψᾶν χρὴ μᾶλλον ἢ κεντρίζειν, καὶ προτρέπειν μᾶλλον ἢ ἐξαναγκάζειν.

Xen. XI 6 (fr. 3 Rühl): ἃ μὲν γὰρ ὁ ἵππος ἀναγκαζόμενος ποιεῖ, ὥσπερ καὶ Σίμων λέγει, οὔτ' ἐπίσταται οὔτε καλά ἐστιν.

Poll. 209: καὶ ἐφεδρεύειν· ἔστι μὲν γὰρ βιαιότερον, ἀλλ' οὐκ ἔξω φιλοτιμίας.

Poll. 215: εἰ δ' ἐγκαθίζεις ἵππῳ, μὴ πάνυ τοὺς μηροὺς πιέζειν, ἀλλ' αἰωρεῖν ὑγροὺς τοὺς πόδας καὶ παραπλήσιον εἶναι ἑστηκότι. καὶ γὰρ ἡ ἰσχὺς πλέον ἐπὶ τῶν ἑστηκότων ἢ ἐπὶ τῶν ἐγκαθεζομένων. πειρῶ δὲ τῷ σώματι μηδενὸς τῶν ἐργαζομένων τοῦ ἵππου προσάπτεσθαι, οἷον ποδῶν ἢ πλευρᾶς· ἐκείνους τε γὰρ διαφέρει καὶ ταύτην παραφέρει. εἰ δ' ἔποχος εἴης ἐκ μελέτης, καὶ ῥᾷόν σε οἴσει ὁ ἵππος. εἰ μέντοι οὕτω καθίζεις καὶ ἀκοντιεῖς ἐπισκοπώτατα σὺν ῥώμῃ, ἐπερείδοντος τοῦ ἵππου τὴν ἄφεσιν τοῦ δόρατος· καὶ γὰρ αὐτὸς συμβάλλεται τῇ φορᾷ, ῥύμῃ συμπροχωρῶν. συστήσας δὲ τὰς ἡνίας, καὶ ἠρέμα πλάγιος γενόμενος, καὶ μεκύνας τὴν χεῖρα τὴν χαλιναγωγοῦσαν, οὕτως ἀκόντιζε.

Poll. II 69 (fr. 2 Rühl): ὅθεν καὶ Σίμων τοὔνειδος τῆς ἀμαθίας Μίκωνι παρένεγκεν, ὅτι καὶ τὰς κάτω βλεφαρίδας προσέγραψε ἵππου γραφῇ.

Hierocles, *Hipp. Berol.* LIX 6: Καίτοι πολλοῖς τὰ τοιαῦτα ἠγνοήθη, ὥσπερ Μίκ[κ]ωνι τῷ παλαιῷ, ὃς ᾤετο ἵππου καὶ τὸ κάτω βλέφαρον ἔχειν τρίχας, ἃς καλοῦσιν Ἕλληνες βλεφαρίδας· καθάπτεται γοῦν αὐτοῦ Σίμων τὴν ἄγνοιαν ταύτην αἰτιώμενος.

Suidas s. v. τρίλλη (fr. 1 Rühl): γέγραπται ἐν τῷ τοῦ Ἀθηναίου Σίμωνος ἱππιατρικῷ περὶ γνωρισμάτων φλεβῶν, ὅτι καὶ ἀπὸ τῆς τρίλλης εἰσὶ φλέβες δύο.

Haec, nisi fallor, est cur vel omnia vel maximam partem Simonea esse opinemur.

Restat ut de Hieroclis atque Suidae testimoniis pauca dicam.

Quod Lenormant voluit, ut ad Simonis disputationis

dispositionem restituendam Hieroclem sequeremur auctorem, vereor ut v. d. recte existimaverit. Haec enim sunt Hieroclis verba *Hippiatr. Berol.* I 10 sq.: *ἐγὼ δέ, εἰ μὲν ἕτερος ἦν ὁ κινήσας ἐπὶ ταῦτα, πολλὰς ἠναγκάσθην ἂν ἴσως συγγράψαι βίβλους περί τε φύσεως ἵππων διεξιὼν μίξεώς τε καὶ κυήσεως αὐτῶν, ἔτι τε ἀνατροφῆς καὶ χωρίων θέσεως, ἃ καλλίστην καὶ ὑγιεινοτάτην αὐτοῖς παρέχειν εἴωθε νομὴν καὶ δίαιταν, καὶ πρό γε τούτων, ὅπως ἄν τις γνωματεύσειε τὸν ἄριστον ἵππον καὶ παρασκευάσειε μὴ δυσάγωγον εἶναι μηδὲ δύσστομον καὶ δυσγάργαλον, ἀλλὰ ψάλιον ἑτοίμως δέξασθαι, καὶ τὸν ἀναβάτην μὴ χαλεπῶς ἐνεγκεῖν, καὶ ταῖς τῶν ἐποχουμένων ὁρμαῖς ὑπακούειν πρὸς ἅπαν, ὃ βούλονται· ταῦτα πάντα διεξῄειν ἄν, εἰ πρὸς ἄλλον ἦν. [11] ἐπεὶ δὲ καὶ λόγων οὐκ ἀμελέτητος εἶ, καὶ τὰ περὶ τὴν ἱπποτροφίαν ἐκ προγόνων παρειληφὼς σπουδάσματα τυγχάνεις, τά τε Σίμωνος ἀκούεις τοῦ παλαιοῦ τοὺς τῆς ἱππασίας αὐτοῦ τρόπους ἐν τῷ παρ' Ἀθηναίοις Ἐλευσινίῳ χαράξαντος καὶ σημήναντος ἐν τοῖς σχήμασι, τόν τε περὶ τῆς ἱππικῆς Ξενοφῶντι τῷ Γρύλλου συγγεγραμμένον διανέγνωκας λόγον, τούτου χάριν διὰ βραχέων ἀπόχρη σημῆναι τὰ περὶ τῆς τῶν ἵππων θεραπείας καιριώτατα.*

Ex quibus id tantum colligi posse contendo: Hierocli Sim. libellum ne facie quidem notum fuisse, cum Simonis aenei equi basim tantum ectypam, Xenophonte I 1 procul dubio auctore, commemoraverit.[1] Ceterum eius verba attende: *τά τε Σίμωνος ἀκούεις κτλ. - -, Ξενοφῶντι - συγγεγραμμένον διανέγνωκας λόγον.*[2] Neque altero Hier. testimonio (*Hippiatr. Berol.* LIX 6), quod supra in frg. protuli,[2] niso cuiquam (quamquam verbum illud *καθάπτεται* contra meam opinionem facere vid.) affirmare licet Hier. Simonis libellum evolvisse. Narratio haec quidem memoriae tradita

[1] Oder - Hoppe vereor ut recte adfirmaverint, II praef. XII: '(Hierocles) praeterea commemorat non modo Simonis Atheniensis et Xen. de re equestri libros...'.

[2] 'Wohl die älteste Kritik eines spezialisten an einem Künstler' Gossen, *R. E.* II 5, 180.

fuisse vid.; eadem Poll. II 69 atque, de Apelle vel Micone, nulla Simonis mentione facta, Aelian. *h. a.* IV 50.

Utcumque res se habet, nihil de hoc Simon, cum de equi oculis (fr. Cant.) scripsit. At potuit alio libelli loco haec narrare; num Xen. atque praesertim Poll.,[1] si in Simonis libello legissent, haec, haud sane cognitione indigna, cum de equi oculis locuti sunt, praetermissuros fuisse credimus?

Maioris autem momenti Suidae testim. esse videatur. Concedendum quidem existimo Simonem de aliquo equorum morbo aliquanto fusius quam Xen. IV 1 tetigisse; vix autem probabile dixeris rem hippiatricam ita ab eo fuisse pertractatam ut aequo iure Suidas ad *ἱππιατρικὸν βιβλίον* provocaret. Ceterum, si Hieroclem Simonis libellum legisse constaret, facile ex eius testim. (v. postrema verba eius quem protuli loci) Simonem de re hippiatr. non scripsisse colligeremus; utcumque res est, Hier., cum, Apsyrtum prope ad verbum exscribens,[2] haud paucos rei equariae scriptores commemoravit, nullam Simonis mentionem fecit; hunc autem equitandi tantum peritum ei notum fuisse videmus. Neque Simonem hippiatr. commemoravit Apsyrtus, quem scimus in iis quae de asini forma scripsit, Simonis vestigiis institisse. Adde Pollucem, Simonis expilatorem, nihil fere de equorum morbis dixisse.[3] In libello denique Simonis illius, se peritissimum equitem basi illa ectypa iactantis, quin primae partes meditationis equestris fuerint vix dubitandum

[1] cf., e. g., V 76 *καὶ Ἀνακρέων μὲν σφάλλεται κερόεσσαν τὴν ἔλαφον προσειπών, καὶ Σοφοκλῆς κτλ.*

[2] Oder - Hoppe II praef. XII.

[3] Quae scripsit Xen. IV 2 *γιγνώσκοι ὅτι ἢ τὸ σῶμα* (equi) *ὑπεραιμοῦν δεῖται θεραπείας κτλ.* respicere posse mihi videntur quaedam a Sim. dicta de sanguinis detractione; haud absurdum igitur ad haec referre videatur quae Suidas Simoni tribuit, siquidem Simonea sunt, *περὶ γνωρισμάτων φλεβῶν.*

esse vid.[1] Neque temere fortasse Plinius Simonis libellum 'de equitatu' inscripsit.

At si Hesychii *Κίμων* v., quod in Suidam (v. *Ἄψυρτος* et *Κίμων* 2) irrepsit, corruptum esse pro certo affirmare non licet ('ad Simonem Xen. *Hipp.* I rettulit Pearson; v. *τρίλλη* contulit Reinesius' Adler),[2] in Simonis nomine s. v. *τρίλλη* laudati nulla dubitatio esse potest.

Quae cum ita sint, nisi Suidae auctorem erroris coarguere volumus, suspicari licet aut Simonem de re hippiatr. aliud opusculum conscripsisse (quod ex iis quae supra dixi vix adducor ut credam),[3] aut alium Simonem *ἱππιατρικόν* vel *ἱπποσκοπικὸν βιβλίον* illud confecisse. Revera multos rei equariae scriptores, quorum memoria intercidit, antiquitus exstitisse ab Apsyrto accepimus *Hippiatr. Berol.* CXV 1 *περὶ ἵππου εἴδους πολλοῖς γέγραπται καλῶς*; Simonis autem nomen Athenis adeo vulgatum fuisse scimus, ut ignobilem quoque significationem decursu temporis induerit; hinc factum esse ut Hierocles de antiquiore illo Simone loquens appellatione *ὁ παλαιός* uteretur haud absurdum fort. videatur. At haec in medio relinquenda censeo, praesertim cum a proposito egrediantur; etenim, si de re hippiatrica quoque Simonem scripsisse constaret, nemini inter Sim. atque Xen. comparationem hac quidem in re statuere liceret, cum nihil fere de equorum morbis Xen. scriptum reliquerit.

Ex iis autem quae, ex Poll., Simoneo libello restituere conatus sum ceterisque testimoniis, Xenophontem, si in equi forma describenda facere non potuit quin Simonis vestigiis pressius insisteret, in ceteris fere sui iuris plane fuisse patet. Quin etiam potissimum argumentum quo niteremur

---

[1] HESYCHII illud (v. *παρώπαλα*) '*ἐν τῷ περὶ ἱπποτροφίας*' cum Simonis libello convenire, ut suspicatus est SCHNEIDER ad *Scriptt. R. R.* IV 2, 15, haud verisimile puto.

[2] hoc me benigne admonuit Ada ADLER, cuius Suidae ed. feliciter inchoata ut quam primum absolvatur vota facimus.

[3] cf. GOSSEN, *l. c.* 180.

in nonnullis Polluceis enuntiatis Simoni adiudicandis in sententiarum dissensione inter Xen. atque Sim. esse vidimus. At identidem in toto libello Xen. cum Sim. consensisse cum consentaneum est tum ex Xen. ipsius v. discimus: *ὅσοις συνετύχομεν ταὐτὰ γνόντες ἐκείνῳ (Σίμωνι) οὐκ ἐξαλείψομεν ἐκ τῶν ἡμετέρων κτλ.* Neque aliter fieri potuit; Arrianus enim *de venat.* ea tantum quae Xen. silentio praeteriisset exposuit, Xen. autem totam materiam refinxit, nova quaedam addens, ut opusculum de omni re equestri absolutum expleret; in quo quamquam suo iudicio egit, non video quomodo, novitatis cupidus, ea quae Simon de isdem rebus perite accurateque disputasset, spernere potuisset. Cui tamen consensui cave temere imitationis nomen tribuas. Quod si, ut recte Foscolus noster admonuit, (quod in artis cuiusdam disputatione maxime valet) suus est non qui nova dicit sed qui proprie communia dicit, Xenophontem, iis quoque locis quibus cum Sim. eum consensisse par est, semper in disputando suum fuisse confiteamur est necesse.

Quamquam autem quo hic consensus processerit definire non licet, argumenta non deesse mihi persuadeo, quibus satis verisimili ratione nitamur in statuendo, in ea quoque operis parte, quae de equitandi arte est, multa Xenophonti deberi atque ea quae in Sim. tamquam adumbrata (*ἐνδεῶς λελεγμένα* Arrian.) invenisset, Xen. dilatasse atque explicasse, haud paucis additis quae experiendo didicisset (I 1 *ἐπειδὴ διὰ τὸ συμβῆναι ἡμῖν πολὺν χρόνον ἱππεύειν οἰόμεθα ἔμπειροι ἱππικῆς γεγενῆσθαι κτλ.*).

Qua in re quid in universum censeam antequam expono, num ex Xen. oratione aliquid eruere liceat ad statuendum quibus locis cum Sim. consenserit inquirere haud supervacaneum esse videatur; bis tantum (I 3; XI 6) enim Xen., eius sententiae assensus, Simonem laudavit.[1]

---

[1] nusquam autem e. g. ap. Xen. formulam illam (ut ap. ARRIAN. IV) *λέξω δὲ καὶ αὐτός* reperimus neque quidquam Xen. a Sim. praetermissum commemorat.

Comparatione quidem inter *REqu.* et *Hipp.* statuta,[1] hos libellos quod ad pronomina verbaque singul. vel plur. n. usurpata attinet, prorsus inter se differre video. Quod hac tabula demonstratur:

	Hipp.	*REqu.*
ἐγώ	11	1
(ἐ)μοί	16	3
ἡμεῖς, ἡμῖν, ἡμᾶς	—	14
verba 1ª pers. sing.	15	1
» » » plur.	1	41

[1] de Xen. scriptorum aetate quanta sit controversia nemo ignorat. Fusius de hac quaest. nuper disputavit Gemoll (PhW., 1929, c. 275 sqq.) Theodori Marschall, *zur Chronol. d. Werke Xen.*, München, 1928, dissertationem recensens. Libellum *REqu.*, de quo nunc quidem est quaestio, post *Hipp.* scriptum esse ex *REqu.* XIII 14 satis probab. est *(ἃ δὲ ἱππάρχῳ προσῆκεν εἰδέναι τε καὶ πράττειν ἐν ἑτέρῳ λόγῳ δεδήλωται)*; at vide Wilamowitz, Herm. XL 14, qui postremam *REqu.* paragraphum, quam cod. A om., delendam esse censuit. Equidem autem neque eorum opinioni accedo qui *Cyn.*, *Hipp.*, *REqu.*, *Anab.* prima Xen. scripta esse, eodem f. tempore (ante a. 371) composita, opinantur, neque eorum qui utrumque lib., *Hipp.* atque *REqu.*, c. a. 365 vel paulo post, eadem f. aetate, (ut Mewaldt, *o. l.*, p. 92) conscriptum esse censent, atque *REqu.* aliquanto post compositum esse quam *Hipp.* censeo; quem alt. libellum c. a. 365 adsignandum esse concedo. Xen. iam valde aetate provectum lib. *REqu.* composuisse ex ipsius verbis fort. colligere licet II 1 *ἐπειδὴ διὰ τὸ συμβῆναι ἡμῖν πολὺν χρόνον ἱππεύειν οἰόμεθα ἔμπειροι ἱππικῆς γεγενῆσθαι, βουλόμεθα καὶ τοῖς νεωτέροις τῶν φίλων δηλῶσαι κτλ.* Recte Gemoll, PhW., 1926, c. 995: ‘Von der Schrift de re eq. sagen Fachleute, das sie auch heute noch nicht übertroffen sei, also kann Verf. kein ‘junger Dachs’ mehr gewesen sein’.

Pluralis maiestatis, ut dicunt, insolitum usum (quem Roquette, p. 90, in *Cyrop.* prooemio deprehendit) haud Xen. senem dedecere dixeris. In *Cyrop.* epilogo autem singul. n. utitur Xen.; qui quidem epilogus num genuinus esset vv. dd. addubitaverunt. Prooemium denique post opus confectum a Xen. scriptum esse suspicari licet.

Qui plur. numeri in *REqu.* usus nota quidem dignus videtur, cum praesertim in libellis, quos eodem fere tempore atque *REqu.* conscriptos esse vulgata est opinio, *Ages.*, *de red.*, *de Lac. r.*, eundem sing. n. usum atque in *Hipp.* inveniamus. Cum tamen luce clarius sit plur. n. pro sing., ut vulgo, a Xen. *REqu.* usurpatum esse (I 1 *ἐπειδὴ διὰ τὸ συμβῆναι ἡμῖν πολὺν χρόνον ἱππεύειν, οἰόμεθα κτλ.*; *οὐκ ἐξαλείψομεν ἐκ τῶν ἡμετέρων; ἃ (Σίμων) παρέλιπε πειρασόμεθα δηλῶσαι*; cett.) nihil ad rem ex hoc singulari scriptoris usu colligere licet.

Igitur ad rem redeamus.

Lib. *REqu.* cap. I: de equi forma Simon, de pullo egit Xen., qui de suo addidit quae sunt (s. 16) de aestimanda magnitudine futura; attende *γράψαι δὲ βούλομαι*; id. dicatur de s. 17; c. II: Xenoph. esse patet, cur de pullis domandis sibi scribendum non esse censeat docentis; (des. *καὶ περὶ μὲν πωλείας ἀρκεῖν μοι δοκεῖ κτλ.*); c. III: de censura equi empti; quamquam quaedam hic inesse suspicor ad res equestres spectantia cum Sim. consentientia (cf. quae de *διλογίᾳ* dixit Xen. VIII 2), tamen cum nullum indicium exstet Sim. quoque de emendo equo egisse, haec Simoni maximam partem aliena esse dixeris; c. IV-VI: de domini atque equisonis circa equum curis; quamquam de destrictione et freni iniectione aliquid Sim. scripsit, haec fere omnia Xen. esse verisimile est; v. quae dixi de v. *πωλοδαμνία* et cf. V 1 *ἱππικοῦ δὲ ἀνδρὸς ἡμῖν δοκεῖ εἶναι καὶ τὸν ἱπποκόμον πεπαιδεῦσθαι ἃ δεῖ περὶ τὸν ἵππον πράττειν*; c. VII-VIII: de meditationis equestris ratione; haec utrique scriptori communia; c. IX-XII: de equis ferocibus; de frenis; de equis erudiendis, ut subinde anteriora magnifice in altum extollant; de armis equestribus et de iaculorum missione; ea quae de frenis sunt Xen. esse vidd. (cf. X 6 *ὡς οὖν ἡγούμεθα... νῦν αὖ πειρασόμεθα διηγεῖσθαι*; 17 *καὶ ταῦτα μὲν δὴ... μέχρι τούτων ἡμῖν γεγράφθω*). De ceteris rebus Simonem quoque egisse ex Poll. Simoneis excerptis vidimus.

Quae si ita sunt, hunc inter utrumque scriptorem consensum praecipue in capp. VII-XII inquirendum esse patet, quod consentaneum esse dixeris, siquidem uterque de re equestri scripsit. Hunc tamen consensum in singulis rebus sententiisve inquirere infelicis cuiusdam operae esse videatur. Verum hoc praetereundum non censeo, identidem (VII 4 de equi conscensu; VII 9 de loris; VII 13, 14 de decursionibus quibusdam equestribus; XII 5, 11, 12, 13 de armis equestribus eorumque usu) Xen. suum assensum, ut vid., v. *ἐπαινοῦμεν* significasse; in quo indicium quoddam, levissimum quidem, mihi deprehendere videor, ut suspicer his locis, aliquot saltem, eum Simonis sententiae assensum esse.[1] Quod eo magis mihi persuadeo cum videam hac tamquam formula numquam eum usum esse in iis quae v. *πωλοδαμνία*, lata voc. notione, significari opinatus sum.

Hactenus haec, ne exquisitioris subtilitatis coarguar.

Quod autem in dubium revocari nequit, hoc est: ex toto libello nos plenis manibus indicia colligere posse quibus statuamus Xen., Socratico quodam afflatu instinctum,[2] omnem de re equ. materiam refinxisse. Mirum est, enim, de re equestri libello tam multa auri grana ex Socratica illa disciplina collecta contineri.

Socratica quidem est tota illa equi virtutum censura, in qua non corporis tantum sed animi quoque *(ψυχῆς)* virtutes sunt spectandae (III 7, 12; VI 15; XI 1. Cf. *Mem.* IV 2, 25 *πότερα δέ σου δοκεῖ γιγνώσκειν ἑαυτὸν ὅστις τοὔνομα τὸ ἑαυτοῦ μόνον οἶδεν, ἢ ὅστις, ὥσπερ οἱ τοὺς ἵππους ὠνούμενο οὐ πρότερον οἴονται γιγνώσκειν ὃν ἂν βούλωνται γνῶναι, πρὶν ἂν ἐπισκέψωνται πότερον εὐπειθής ἐστιν ἢ δυσπειθής, καὶ πότερον ἰσχυρὸς ἢ ἀσθενής, καὶ πότερον ταχὺς ἢ βραδύς, καὶ τἄλλα τὰ πρὸς τὴν τοῦ ἵππου χρείαν ἐπιτήδειά τε καὶ ἀνεπιτήδεια ὅπως ἔχει, οὕτως ἑαυτὸν ἐπισκεψάμενος... ἔγνωκε τὴν αὑτοῦ δύναμιν*; cf. *Oec.* XX 13 *πεῖραν λαμβάνειν*). Equi autem, qui dicendi facultate caret, animi motus ex iis quae agat sunt pernoscendi (I 10; IX 2, 7; X 4, 14, 16).

[1] *οὐκ ἐπαινοῦμεν* VI 4 de equi ductione quadam, VII 4 de inepta sessione.

[2] In quo multa invenias inter lib. *REqu.* atque *Mem.*, *Oec.*, *Hipp.* communia. Idem in *Hell.* postrema parte animadvertit MUELLER, *o. c.* p. 5.

Socratica autem equum educandi via illa et ratio, quam qui equo sit benevolus atque non solum quae equus faciat sed etiam cur haec faciat noverit, feliciter ingredi possit. Hinc *μαστροπεία* illa, cuius tamquam *φίλτρα καὶ ἐπῳδάς* Xen. suppeditat, ut dominus equum sibi amicum reddat, quod cum sermone assequi nequeat ei benefaciendo consequetur (II 3, 5; III 7, 12; VI 11, 13, 14, VII 19; VIII 13, 19; X 12; XI 1, 5). Quam educandi rationem respiciens Apsyrtus, nisi fallor, Xenophontem *περὶ πωλοδαμνίας* optime prae ceteris disputavisse suo iure contendit.

Socratica item illa equo benefaciendi causa et ratio, scilicet ut dominus, haud aliter atque a servis Ischomachi uxor, ab equo se beneficiorum remunerationem accepturum confidat (IV 1; *passim* de *ὠφελείᾳ*).

Socratica denique *σωφροσύνη* illa quae in omnibus equitis cum factis tum consiliis dominatur (VIII 13; XII 11; cet.; cf. *Hipp.* IX 8; *Mem.* I 1, 19; 4, 18; cet.).

Quae omnia adhuc disputata si quis consideraverit, cum rationem, opinor, sibi reddet quanti eorum opinio sit facienda, qui Xen. Simonis, rudis hominis incultique, orationem tantum perpolivisse censuerunt, tum Simonem ea laude, quam inde a Xenoph. aetate usque ad Apsyrt. numquam apud artis peritos obliteratam esse vidimus, haud indignum fuisse credet. Quin etiam, quamquam rei equestris peritissimo illi viro artis praecepta flosculis Isocratiis exornare non licuit (neque fortasse, si licuisset, libuisset), si quis cum rerum de quibus Simon disputaverit, tum aetatis qua scripserit rationem habuerit, orationis quoque debitam laudem ei tribuere non dubitet.

Etenim Antiphontis fere aequalem Sim. fuisse putandum

est. Hipparchum autem Athenis eum fuisse a. 424, ut Helbig, [1] praeeunte Hertleinio, voluit, [2] haud satis constat. [3]

At, quamquam nihil certi de hoc statuere possumus, haud multo Miconi (quem dimidio f. V saec. floruisse scimus) aetate posteriorem eum fuisse ex Poll. II 69 (cf. Hierocl. *Hipp. Berol.* LIX 6) testimonio colligere licet. Miconis quidem aequalem Sim. fuisse opinati sunt Lenormant atque Soukup; aliquot tamen post annos Simonem, qua fuerit peritia, Miconis errorem, qui adhuc ceteros effugisset, deprehendisse concedendum esse videatur.

Xenophonti autem Simonem I 1 laudanti haud qui fuisset Simon verbis illis *ὃς καὶ τὸν κατὰ τὸ Ἐλευσίνιον* [4] *ἵππον χαλκοῦν ἀνέθηκε κτλ.* explicare necesse fuisset nisi eius (*τοῦ παλαιοῦ* illius, ut Hier. verbis utar), qui aeneum equum dicasset, memoriam iam, perlongo annorum intervallo, fere obliteratam esse sibi persuasisset. Itaque Simonis vitam haud extremos V saec. annos excessisse atque ab eo iam admodum sene ac, cum diu suae peritiae documenta edidisset, equitandi opere prope defuncto, *ἀνάθημα* illud dicatum esse verisimile vid.

At haud paucis ante annis eum de re equ. scripsisse aequo animo concedas. Si quis igitur, Helbigio (p. 243) assensus, qui equitatum ex mille illis Atheniensibus circ. a. 438-7

[1] Ex ARISTOPH. *Equ.* 242 sq. *ἄνδρες ἱππῆς, παραγένεσθε·... ὦ Σίμων ὦ Παναίτι', οὐκ ἐλᾶτε πρὸς τὸ δεξιὸν κέρας;* SCHOL.: *ἵππαρχοι δὲ ὁ Σίμων καὶ ὁ Παναίτιος;* unde haec persuasio in haud paucorum scripta irrepsit, qui de Demetrii aetate disputaverunt (ROBERT, *R. E.* IV 2850; THIEME, *allg. Lex. d. Bild. Künstl.*, etc.). Choreutas eos fuisse admonuit KOCK.

[2] « ist die Identität nicht unmöglich, aber nicht zu erweisen » recte WICKERT *R. E.* II 5, 173.

[3] Animadvertendum est Hierocli Simonem multo antiquiorem fuisse quam Xen.; illum enim appellat (*Hipp. Berol.* I 11) *τὸν παλαιόν*, quam appellationem alio loco (*Hipp. Berol.* LIV 6) Miconi ab eo inditam legimus.

[4] Ad Eleusinium ab Hermis (*Hipp.* III 2) vel a Ceramico (SCHOL. ARISTOPH. *Equ.* 566) decurrebant Athenienses equites in pompis.

formatum esse computavit, Simonis libellum in usum horum equitum compositum esse credat, haud fort. eum longe a vero aberrare dixeris.

Qua aetate ea quae ad vitae usum pertinerent ad artem atque praecepta revocari coepta esse scimus; eo enim fere tempore Sophoclis, Hippodami, Hippiae, Protagorae, cett. de choris tragicis, de architectura, de re publica administranda, de rebus grammaticis, cett. commentarios exstitisse accepimus. [1]

Simonis praeterea aeneum equum Demetrii Alopecensis opus fuisse testatur Plinius *n. h.* XXXIV 7. [2]

Ab hoc Demetrio adhuc aetate florenti Simonem equitem iam senem [3] aere effictum esse credas, siquidem ex eius signorum titulis, qui quidem ad nos pervenerunt [4], eum usque ad IV saec. in. effingendi arti operam dedisse colligimus.

Equitem Simonem, dico. Neque male Xenophontis verba intellexit Plinius [5] (si eum Xen. auctore usum esse creden-

[1] cf. GOMPERZ I 406; HELBIG, Archaeol. Z., XIX 189 sq.; CHRIST-SCHMID I^5 p. 206; 601 sq.

[2] 'Demetrius Lysimachen fecit...; idem equitem Simonem, qui primus de equitatu scripsit'.

[3] Demetrium senum oris vultusque similitudini atque corporis lineamentis effingendis haud semel se tradidisse scimus (LUCIAN., *Philops.* 18; OWERBECK, *antiken Schriftquellen*, n. 900; ID., *griech. Plastik*, p. 383).

[4] LOEWY, *Inschr. griech. Bildh.*, p. 50 sqq., n. 62 'wegen Orthographie und Buchstabenform nicht lange nach Euklid' [« doch schon etwa ol. 100 » HIRSCHFELD, SCHÖNE]; n. 64 'nicht lange nach Euklid'; n. 63 (C I. A. IV 2, 1393 C) 'erste Hälfte des vierten Ih.' KÖHLER.: 'die Inschrift bestätigt, dass die Tätigkeit des Meisters in die Zeit nach dem Peloponnesischen Kriege fiel'. OWERBECK, autem, circiter ann. 460-420 Demetrium floruisse censet; THIEME denique: 'tätig vom Ende des 5 bis gegen Mitte des 4 Iahrh.' Equidem tamen usque ad dim. IV saec., ita scl. ut Demetrium Xenophontis aequalem fuisse putem (quis credat?), procedere non ausim; scripsi itaque 'usque ad IV s. in.'; fort. haud post a. circ. 380.

[5] ut opinantur SOUKUP, p. 35, WICKERT, *l. c.*, 174.

dum est; Simonis enim libellum ab eo qui de iaculatione equestri scripturus esset perlectum non esse vix concedas) cum Simonis equitis mentionem fecit.

Basim enim ectypam illam multo magis quam aeneum equum,[1] rerum novitate atque pondere, cum Atheniensium oculos animosque tum Plinii mentem ad se convertisse putes, in qua Simonem suae rei equestris peritiae documenta praebentem ita, ex Xen., Plinii, Hieroclis verbis, expressum fuisse cogitatione fingo, ut tum equum, quo insideret, agitaret, tum — ut anteriora in altum, iubam quatiens,[2] magnifice extolleret, fossas transiliret, per declivia decurreret, in montana exsiliret — calcaribus lorisve concitaret, tum denique de equo iacularetur.

Quae ad nimiam fortasse veri similitudinem expressa[3] cum Athenienses spectarent, aliae equorum equitumque formae undique expletae et perfectae eorum animis insidebant, quas, suos amores,[4] in panathenaica pompa, haud multis annis ante, Phidias, divinus ille artifex, effinxisset.

---

[1] quem, tamen, ita a Demetrio, similitudinis amantissimo (QUINTIL. *Inst. or.* XII, 10, 9; LUCIAN., *Philops.* 18; cf. OWERBECK, *ant. Schr.*, n. 897-903; ID., *gr. Pl.*; p. 383 sq.), effictum esse putandum est, ut tamquam vivus fremensque videretur, vereque dignus cuius in basi inscriberetur, ut in illius in Hippodromo stantis (*Anth. gr.* App. 52, MICH. PS.), *Ἔμπνους ὁ χαλκοῦς ἵππος οὗτος ὃν βλέπεις κτλ.*

[2] Molles capillos miro artificio Demetrium imitatum esse scimus (LUCIAN. *Philops.* 18; OWERBECK, *gr. Pl.*, p. 384).

[3] QUINTIL., l. l. ' ad veritatem Lysippum et Praxitelem accessisse optime affirmant. Nam Demetrius tamquam nimius in ea reprehenditur et fuit similitudinis quam pulchritudinis amantior '.

[4] LOEWY, *scultura Greca*, 1911, p. 69.

INDEX GRAECUS[1]

(numeris indicantur sectt. fr. Cantabr.; siglo P praem. Pollucis sectt.).

---

[1] Haud inutile duxi verba ex Pollucis iis desumpta locis, qui ad Simonem redire videntur, addere. Haud tamen haec ad unum omnia ita prorsus, ne una quidem litterula mutata, ex Simone Poll. descripsisse contendere audeo.

EPIMETRUM
DE XENOPHONTIS CYNEGETICO

Haud semel, in iis quae antecedunt, ad 'Xenophontis' *Cyn.* provocavi.

De quo lib. quanta inde a Valckenaerii atque Fischeri aet. (v. Sauppe, Xen. opp., 1866, V 254 sq.) orta sit controversia nemo ignorat.

At postquam Radermacher, vir acutissimo ingenio miraque doctrina praeditus, gravissimas protulit causas (RhMus. 51, 1891, p. 596 sqq.; 52, p. 13 sqq.), quibus *Cyn.* Xenophonti abiudicandum esse contenderet, longum est dicere quam multi in eius sententiam ierint. Neque tamen defuerunt — horum signifer habendus est JMewaldt, Herm. 46 (1911), p. 70 sqq. — qui, Radermachero strenue oblocuti, *Cyn.* cum cett. Xen. opp. comparato, vel de libelli argumento, compositione, sententiis, vel de dicendi genere, rebus grammaticis, vocabulorum delectu atque signif. ratione habita, Radermacheri argumentationis pondus conati sint imminuere.

At, mea quidem sententia, ne horum quidem doctis laboriosisque commentationibus omnes difficultates diluuntur. Revera, ita singularis est lib. hic de venat., ut cum nullo alio Xen. scripto commode comparari posse videatur.

Licet quidem, fort., multa dissolvere quae contra lib. *γνησιότητα* prolata sunt. E. g., his duobus gravissimis argumentis se potissimum adductum esse fatetur Norden (*Künstpr.* I 431) ut Radermachero assentiretur: nullam in *Cyn.* de equorum ad venandum usu mentionem fieri, atque sescenties in eo infinit. pro imperat. adhibitum reperiri.

'Pauca accipe contra'.

Ex hac equorum praetermissa mentione, Radermacher *Cyn.* scriptorem vere nobilem[1] haud fuisse sibi persuasit (p. 627), adstipulante Johanne (*o. c.*, p. 52), qui *Cyn.* ab ali-

[1] at v. Körte, Herm. 53 (1918) p. 319.

quo Macedone conscriptum esse opinatus est. Attamen, cur in *Cyn.* componendo equorum usum despicere Xen. animum induxerit, satis iustae causae, nisi me fallo, afferri possunt.

Arriani quidem venatores equis utuntur; at (quamquam hoc minime mirum videri potest; nonne quae Xenophontem omisisse opinabatur se pertractaturum esse *ὁ νέος Ξενοφῶν* professus est?) quis Arriani lib. perlegens Xenophontis venatorem agnoscat? Cf., quaeso, III 1 *θηρῶσι δὲ Κελτοὶ ἀφαιροῦντες ἄρκυς... αὐτοῦ τοῦ ἐν θήρᾳ καλοῦ ἕνεκα,* XVI 4 *οὐ γάρ τοι ἐπὶ τῷ ἁλῶναι τὸ θηρίον ἐξάγουσιν τὰς κύνας, ἀλλὰ ἐς ἀγῶνα δρόμου καὶ ἅμιλλαν οἵ γε τῇ ἀληθείᾳ κυνηγετικοί,* XIX 1 *θηρῶσιν δὲ Κελτοί, ὅσοι μὲν πλουτοῦσιν αὐτῶν καὶ τρυφῶσιν,* cett. Cum autem Arr. se additurum esse professus est quae Xen. praeterisset *οὐχὶ ἀμελείᾳ, ἀλλ' ἀγνοίᾳ τοῦ γένους τῶν κυνῶν τοῦ Κελτικοῦ καὶ τοῦ γένους τῶν ἵππων τοῦ Σκυθικοῦ τε καὶ Λιβυκοῦ* (Thessalos enim, Siculos, Peloponnesios equos longorum cursuum labores sustinere posse negavit Arr. XXIII 2), aut quae sentiret haud exposuit (pudori enim fort. habuit — attende excusationem illam *οὐχὶ ἀμελείᾳ* — ea quae de pedestri humilique venandi ratione Xen. praecepisset contemnens, nobilium autem divitumque ludum illum qui eius temporibus, apud Celtas, ad voluptatem fastumque increbruisset laudans, Xenophonti illi aperte contradicere), aut quid Xen. sibi proposuisset haud satis intellexit.

De equorum, ap. Atticos, in ven. usu mentionem quandam inchoavit quidem Xen.: *ἐπεὶ δὲ δεῖ ἐν παντοίοις τε χωρίοις τὸν ἱππέα ἀνὰ κράτος ἐλαύνοντα ἔποχον εἶναι καὶ ἀπὸ τοῦ ἵππου τοῖς ὅπλοις καλῶς δύνασθαι χρῆσθαι, ὅπου μέν ἐστι χωρία ἐπιτήδεια καὶ θηρία, ἄμεμπτος ἡ ἐν θήραις μελέτη τῆς ἱππικῆς.* At in lib. de re equ. (VIII 10); haud enim equorum usum in ven. ad venandi sed ad equitandi artem spectare contendo; ad eas velim attendas quas hodie 'cacce a cavallo' nominamus. Quae cum scripsit Xen. fort. eas equestres venationes memoria repetebat, quibus eius filii Scillunte interfuerant (*Anab.* V 2, 9 sqq.). Cf. autem locum illum *Cyr.* VIII 1, 34, ad

quem Raderm. p. 628 suo iure provocavit, ut in iuniorum disciplina Xenophonteo Cyro quanti equestres venatt. momenti essent confirmaret: *τῆς πολεμικῆς δ' ἕνεκα ἀσκήσεως ἐπὶ θήραν ἐξῆγεν οὕσπερ ἀσκεῖν ταῦτα ᾤετο χρῆναι, ταύτην ἡγούμενος καὶ ὅλως ἀρίστην ἄσκησιν πολεμικῶν εἶναι καὶ ἱππικῆς δὲ ἀληθεστάτην· καὶ γὰρ κτλ.* Quibus optime respondent *REqu.* illa *ἡ ἐν θήραις μελέτη τῆς ἱππικῆς.* Animadvertendum est praeterea hoc esse *θηρᾶν*, haud *κυνηγετεῖν* (nihil fere de hoc Schmidt, *Synon.* 72, 4, p. 444).[1] Denique vides quam paucis verbis in lib. de re equ. Xen. rem absolverit, quippe qui haec suorum civium vix interesse iudicaret. Neque iniuria; equestres enim venationes *χωρία ἐπιτήδεια* requirunt (at cf. quae scripsi p. 10) atque *θηρία*. Quod vocab. neutiquam h. l. ad lepores attinet. Etenim *τὰ ὅπλα* sunt jacula ad belli usum apta; quis autem ex equo unquam leporem jaculatus est? Igitur *τὰ θηρία* intellegendum est dictum, ut vulgo, de maioribus feris nec non de beluis; cf. e. g. *Cyr.* II 4, 20 (*σῦς, ἔλαφοι, δορκάδες, ὄνοι ἄγριοι*), *Anab.* V 2, 9 sqq.; *Cyn.* XI 1.[2] « Atticam terram olim silvis et saltibus abundasse in quibus cervi, capri, aegagri, lepores habitarent », monumentis atque scriptorum testimoniis diligentissime inquisitis, recte admonuit Johannes (p. 48); progrediente autem aetate, feras in montes invios repulsas esse, atque, exeunte V saec. (quamquam in vas. nigris figg. aprorum quoque cervorumque — de his dicam ad *Cyn.* IX 2 — pictas venationes videmus), lepores et vulpes tantum mansisse. Igitur hac quoque de causa v. (*ὅπου ἐστὶ*) *θηρία* vix de leporibus dici potuisse patet; lepores enim (quamquam plures in insulis quam *ἐν τοῖς ἠπείροις* — de hoc plur. v. Pfoertner, *o. c.*, p. 31 — fuisse scimus; *Cyn.* V 24) nullo fere loco deerant. Quin etiam, Xen. aetate, leporum tantum venat. fere cotidiano usu eos tractare potuisse concedendum

---

[1] Mewaldt (p. 88) *θηρᾶν* a *κυνηγετ.* distinguens addit: 'Es gibt also mehrere Arten von *θήρα*'; at v. infra.

[2] Singul. n., autem, *θηρίον*, de lepore quoque, in *Cyn.* passim, neque alio voc. scriptori uti licuit.

est, qui plus minusve opibus abundantes (cf. *Cyn.* II 1), se in laboribus exercendi causa, uno retium custode comitante, venatum exirent (Ort, R. E. IX 581). Ceterum leporum venat. cum antiquitus (cf. LPschor, Jahresb. Gymn. in Mährisch-Trübau, 1910, p. 9 et 15), tum posterr. aetatt. (cf. ps. Oppian. *Cyn.* III 504 *πτῶκας ἀείδωμεν θήρης ἐρίδωρον ὀπώρην*), praeter ceteras in usu fuisse scimus, eique venatores omnibus anni temporibus indulsisse (cf. *Cyn.* VI 13 atque ea quae ad ps. Oppian. I 129 adnot. Belin de Ballu). Hinc autem factum esse iudico ut maxima *Cyn.* pars in leporum venat. esset occupata. Quod si iis tantum quibus equi essent equestrem illum ludum *Cyn.* scriptor praecipere voluisset, quam paucorum praeceptor exstitisset? Praeceptorem dico; nam vix assentiendum esse vid. Kaibelio (Herm. 25, 1890, p. 582), qui *Cyn.* ad venandi artem laudandam potius quam praecipiendam conscriptum esse contendit; quid enim absolutius perfectiusque capp. II-VIII — quibus de canibus leporibusque agitur — desiderare queamus non video.[1] Conferas velim Arriani *Cyn.*, ps. Oppiani, Grattii, Nemesiani poematia.

At hanc unam equis venandi rationem a Platone (*Legg.* 824 a, al.) laudatam esse contendit Radermacher. Quid ergo? Num philosophus, cum eam, optimam quidem, ad iuniorum animos firmandos disciplinam commentus est, vitae exemplar respexit? Num, cum venandi studium laude indignum censuit *ἄρκυσί τε καὶ πάγαις, ἀλλ' οὐ φιλοπόνου ψυχῆς νίκῃ χειρουμένων τὴν ἄγριον τῶν θηρίων ῥώμην*?

De adulescentium in commenticia republica illa disciplina haec dici potuerunt; quod ad Atticam pertinet ad Nausicratem te reicio (Athen. IX 399, e; Mein. IV 578):

ἐν τῇ γὰρ Ἀττικῇ τίς εἶδε πώποτε
λέοντας ἢ τοιοῦτον ἕτερον θηρίον;

[1] Cf. quae de *Cyn.* compositione egregie scripsit MEWALDT, p. 82 sq.

Atque cf. *Cyn.* XI 1. Quid autem de his Platonis praeceptis senserit CRitter v. in eius *Legg.* comment. Ceterum cf. Plat. *Legg.* p. 763 b *οὐ δὲ χάριν κυνηγέσια καὶ τὴν ἄλλην θήραν οὐχ ἧττον ἐπιτηδεύειν δεῖ τὸν ἡβῶντα.* Propterea haud Xen. fugit libello, qui alicuius utilitatis esse posset, de illa tantum venandi ratione sibi agendum esse, quam pedestribus venatoribus canum atque retium usu exercere liceret. Neque autem haec pusilli aut ignobilis cuiusdam animi existimabit qui vel *Oecon.* vel ea contulerit quae de curis humilibus, paene dixi sordidas, circa equum habendis equi domino vir ille '*πρακτικῷ βίῳ* deditus' (Baehrens Mnem. 54, 1926, p. 132) verique iudicio praeditus praecepit *REqu.* IV 1 sqq. Ceterum pedestris leporum venationis retiumque usus ap. Atticos sollemnis (ut de vasis pictis taceam) translationibus illis creberrimis atque exemplis, quae ex tragicis, comicis, oratoribus, philosophis accuratissime collegit Johannes (p. 24 sqq.), satis declaratur. Quod si ex *Cyr.* argumenta adhuc sunt eruta, quibus nobilis ille ap. Persas equestrium venatt. usus laudibus efferretur, equidem in eiusdem *Cyr.* (qua Xen. studiorum doctrinaeque tamquam summa comprehenditur) primi libri cap. sexto cum *Hipparchici*, tum *Cyn.* pericopae illius, et eius maximae, qua de leporis venat. agitur, materiam ut ita dicam adumbratam reperio: (s. 40) *πρὸς δ' αὖ τὸν λαγῶ, ὅτι μὲν ἐν σκότει νέμεται, τὴν δ' ἡμέραν ἀποδιδράσκει, κύνας ἔτρεφες αἳ τῇ ὀσμῇ αὐτὸν ἀνηύρισκον. ὅτι δὲ ταχὺ ἔφευγεν, ἐπεὶ εὑρεθείη, ἄλλας κύνας εἶχες ἐπιτετηδευμένας πρὸς τὸ κατὰ πόδα αἱρεῖν* [cf. *Cyn.* VI 29]. *εἰ δὲ καὶ ταύτας ἀποφύγοι, τοὺς πόρους αὐτῶν ἐκμανθάνων καὶ πρὸς οἷα χωρία φεύγοντες αἱροῦνται οἱ λαγῷ* [*Cyn.* VI 6], *ἐν τούτοις δίκτυα δυσόρατα ἐνεπετάννυες ἄν, καὶ τῷ σφόδρα φεύγειν αὐτὸς ἑαυτὸν ἐμπεσὼν* [*Cyn.* V 28, VI 10 cet.] *συνέδει. τοῦ δὲ μηδ' ἐντεῦθεν διαφεύγειν σκοποὺς τοῦ γιγνομένου* [*Cyn.* VI 10 de *ἀρκυωρῷ*, cf. *Cyr.* II 4, 25 *ὁ ἐπὶ ταῖς ἄρκυσι*] *καθίστης, οἳ ἐγγύθεν ταχὺ ἔμελλον ἐπιγενήσεσθαι· καὶ αὐτὸς μὲν σὺ ὄπισθεν κραυγῇ οὐδὲν ὑστεριζούσῃ τοῦ λαγῶ βοῶν* [*Cyn.* VI 10 *καὶ ἐπιθέων μὲν ἐμβοάτω* retium custos; de ve-

natore VI 17 *ἐμβοάτω αὐτῷ διωκομένῳ*] *ἐξέπληττες αὐτὸν ὥστε ἄφρονα ἁλίσκεσθαι κτλ.* In iis antem *Cyr.* paragraphis quae antec. (28): *τίνος δ' ἕνεκα (ἐμανθάνετε) δολοῦν ὗς ἀγρίους καὶ πλέγμασι* [*Cyn.* X 20] *καὶ ὀρύγμασι* [X 22]; *τί δ' ἐλάφους ποδάγραις* [IX 11-20] *καὶ ἁρπεδόναις; τί δὲ λέουσι καὶ ἄρκτοις καὶ παρδάλεσι οὐκ εἰς τὸ ἴσον καθιστάμενοι* [XI 4 *καθιστάντα*] *ἐμάχεσθε, ἀλλὰ μετὰ πλεονεξίας τινὸς ἀεὶ ἐπειρᾶσθε ἀγωνίζεσθαι πρὸς αὐτά;* [*Cyn.* XI, cuius init. *λέοντες δὲ καὶ παρδάλεις -- ἄρκτοι*].

Igitur si in illa Persarum morum descriptione (*Cyr.* I 2, 10) « quam diu constat auctorem suis placitis congruenter adornasse » (Baehrens, p. 132) *τοῦ (ἵπποις) θηρᾶν* laudes legimus, vides *τὸ κυνηγετεῖν*, ap. Persas quoque, haud minus in usu fuisse, neque *τῶν παίδων καὶ ἐφήβων* (s. 28, atque cf. *Cyn.* II 1), ne eius quidem magni futuri regis, disciplinae alienum. Quam quidem venandi rationem Xen. ipsum in deliciis habuisse testatur Diog. L. (II 52 *κυνηγετῶν*, 56 *φιλοκύνηγος*). Neque aliam ab eo commendari potuisse patet iis qui *φιλοπονίας ἕνεκα*, crebro (*διὰ τρίτης ἡμέρας Cyn.* VI 3), haud magna impensa (II 1), in regione parum ad equitandum apta atque ubi maiores ferae deessent, venatum (*ἔργον*, haud *τέχνην*) exercere vellent.

Ea denique quae GKörte, Herm. 53 (1918) p. 317 sqq. disputavit, multa in *Cyn.* vel obscura vel falsa praecepta vituperans, refellit Marchant, ed. Oxon. praef. *Cyn.*, qui recte admonuit Arrianum de hoc lib. longe aliam sententiam tulisse, atque eorum praeceptorum nonnulla saltem controversa potius quam falsa esse contendit. Equidem autem censeo, etiamsi praecepta quaedam ex nostra quidem sententia falsa esse constaret, neminem propterea Xenophonti lib. *Cyn.* suo iure abiudicare posse, praesertim cum nulla unquam de venandi arte praecepta firma, certa, stabilia sint tradita, quae qui violaverit eum errare dicamus. Quamquam longe aliter, nisi fallor, res se habet. Tantum enim abest, me iudice, ut ignorantiae *Cyn.* scriptorem coarguere liceat, ut nihil neque a Graecis neque a Romanis peritius aptiusve de re venatica umquam scriptum esse sit contendendum; deprehendimus enim in singulis quoque hominem mirum in modum naturae veritatisque acutum diligentemque speculatorem. Perpendas velim, e. g., quae de duobus leporum generibus in *Cyn.* commemoratis nuper scripsit JOverbeck, PhW. 48 (1928) c. 1566 sqq., vel ea quibus de canum investigandi ratione (v. quae de *μεταθεῖν* v. infra dicam), vel de canum leporumque corporis natura et forma agitur, sescentaque alia quae scriptoris accuratissimam vitae observationem magnumque rerum usum testantur. Quod si nemini affirmare licet omnia in hoc opusc. quae ad venandi artem spectant prorsus nobis esse perspicua (e. g., mea quidem sent., VI 8 *ὑπερβάλλεσθαι*, VI 18 *ἄπορον*, al.), num hoc nostro fiat vitio dubitandum esse videatur, cum hoc fere uno lib. nostra antiquorum venandi rationis scientia nitatur. Praeterea ne illi quidem pretiosissimi codd. A et B, quos primus adhibui (quorum auxilio quantum verborum contextus profecerit nemo ignorat), omnia menda sustulerunt.

His igitur breviter a me strictimque hucusque dictis aliisque aliorum argumentis, *Cyn.* pericopae illius II-XI qua ipsa venandi *τέχνη* tractatur (prooem. atque epil. nunc quidem mihi extra quaestionem sunt) fidei atque integritatis patrocinium quodammodo suscipere licet.

Nihil enim, aut fallor, est quod Xenophontis placitis, doctrinae, studiis repugnet, nihil in his quod eo indignum putes.

At longe gravior illa de huius lib. dicendi genere controversia oritur.

In quo cum aliorum tum Radermacheri censura quanti sit ponderis neminem fugit. Hic enim brevia illa crebraque incisa per parataxim inter se conexa et respondentia, nimium participiorum usum, nimia asyndeta verborumque detractiones, figurarum troporumque inopiam, nullum variandi studium, stilum illum pressum et concisum, haud paucorum vocabulorum significationem atque usum Xenophonti esse aliena suo iure contendit. Neque iniuria Herberto

Richards « qui ob verba locutionesque quasdam Xenoph. proprias ad vindicandam totius lib. auctoritatem propensior fuit » obloquitur Marchant, praef. *Cyn.*

Licet enim, cum cett. Xen. scriptis *Cyn.* comparato, sententias cognatas vel fere isdem verbis expressas, licet eundem vocabulorum structurarumque usum — v. accuratissimam Pfoertneri commentat. — deprehendere.

Licet infinit. pro imperat. adhibitum excusare (v. Rosenstiel — atque cf. Pfoertner p. 13 —, Wagner, Baehrens); quamquam vel bis vel numquam ap. Xen. reperiri confitendum est; duo enim exempla *REqu.* VII 19, VIII 5 a Baehrensio prolata quam maxime incerta sunt; quod autem ad *Anab.* V 3, 15 v. Raderm. p. 618.

Attamen nemo adhuc argumenta tam firma ad arctam cognationem, quod ad dicendi genus attinet, inter *Cyn.* atque cett. Xen. scripta statuendam protulit, quibus hanc diuturnam controversiam se tollere posse confideret. Neque multum ii profecisse vidd. qui, Dittembergeri vestigiis insistentes (Roquette, p. 36 sqq.; plura de hoc ap. RMuellerum, *quaestt. Xen.* p. 11 sqq.), *Cyn.* cum cett. Xen. opp. comparato, ex particularum usu atque numero ad huius lib. vel aetatem definiendam vel auctoritatem vindicandam indicia eruere conati sunt, cum ratio illa statistica q. d. tantummodo in eiusdem generis scriptis aliquod habeat momentum.

Contra, lib. de venat. — mea quidem sententia — non tam stilo, vocabulorum usu cett., quae adhuc cum alii tum Radermacher improbarunt, per se stat, quam sententias exponendi explicandique ratione vel, ut ita dicam, orationis genere atque colore. Quod non video quomodo excusemus, ne si iis quidem obsequamur qui, Cobeto N. L. 774 praeeunte (Roquette, 48; cf. Raderm. p. 615; Mewaldt, p. 92), *Cyn.* a Xen. admodum iuvene compositum esse censent (cf. Baehrens, p. 131; at v. *Cyn.* II 1 τοῖς νέοις παραινῶ et Kaibel p. 381); ita ut ingeniose nodum quodammodo conatus sit solvere Marchant, qui opinatus est Xen. σύγγραμμα quoddam reliquisse, hoc autem Diodorum filium, « seu quisquis fuerit

cuius in manus venerit, scribendi genere in suum morem immutato », in lucem edere statuisse. Verum enimvero hoc equidem animadverto: scriptorem qui, e. g., in lib. de re equ. (hunc unum cum *Cyn.* in comparat. vocandum censeo) semper adest praesensque est primasque agit, disceptans, affirmans, laudans, improbans (ἐγώ pron. quater, ἡμεῖς quaterdeciens in hoc lib. legimus), semel tantum (II 2; prooem. atque epil. omitto) in *Cyn.* se dare in conspectum, praecepta illa tamquam ex tabulis hausta proferentem.

Quod, fateor, me magis movet quam quinquaginta tria illa *Cyn.* semel dicta (Sauppe V 298, Roquette p. 50, Raderm. p. 616 n.), vel exile dicendi genus διδακτικόν, quod suo iure defendit Baehrens, vel vocabull. insolens usus aut significatio, quae omnia libelli argumento atque indole techn. q. d. satis excusantur. Frustra enim Xenophonteam abundantiam illam (Horn, *o. c.*, p. 60), narrandi sermocinandique rationem — in qua lactea ubertas, *naiveté* illa q. d. naturaeque felicitas cum rhetorum studiis tam apte miscentur — in *Cyn.* requiras.

Neque tamen ad id adducor, ut, contra totius antiquitatis — Arriani, Aristidis, Pollucis, Athenaei, Diog. L., Harpocr., Stobaei... — gravissima illa testimonia, libellum spurium esse credam. Potius inquirendum esse censeo num qua causa reperiri possit qua adductum Xen. in hoc lib. conscribendo tam sui dissimilem fuisse sit putandum.

Inter Simonem atque *Cyn.* c. III, IV, dicendi genere respecto, affinitatem quandam intercedere peracute animadvertit Mewaldt, frustulo illo Cantabrig. nisus. At fortasse, nisi fallor, multo pluribus adminiculis, ad arctam cognationem statuendam, nunc quidem niti licet.

Si ea quae de Simonis lib. exposui aliquam probabilitatem habere concedis, quamquam haud pauca opinabilia esse tuo iure contendes, hoc saltem te concessurum esse spero: Simonis libelli hoc in universum fuisse argumentum:

a) de equi corporis natura atque forma (= fr. Cantabr.);

b) de equorum virtutibus atque vitiis tum ex corporis habitu atque forma, tum ex indole;

c) praecepta de equitandi ratione.

Num haec alio ordine, num alia Simon pertractaverit in incerto est; ea autem quae perstrinxi ex iis saltem frustulis colligimus, quae Xen. atque Poll. diserte Simoni tribuunt.

Vides igitur quam prope ad Sim. opusculum *Cyn.* pericopa illa accedat, qua de canum corporis notis, de earum vitiis virtutibusque in investigando agitur.

Cyn. c. III-IV, quod ad compositionem atque dicendi genus attinet, cum Sim. fr. Cant. comparavit Mewaldt.

Nonne autem, quantum ex illis disiectis Sim. membris colligere possumus (quamquam *Cyn.* scriptor haud raro assurgit), plura huius necessitudinis vestigia eruere licet? Cf., e. g., Poll. I 194 *καὶ τοῦτο δὲ Σίμωνος· εὔδρομος ὁ ἵππος ὁ ὀλίγον αἴρων κτλ.*, *Cyn.* IV 6 *εὔψυχοι μὲν οὖν ἔσονται ἐὰν κτλ., εὔρινες δὲ κτλ.*

Praeterea, nihil mirum si in *Cyn.* cap. illo III, quo canum corporis proprietates describuntur, legimus *κεφαλὰς ἐλαφράς, ὄμματα λαμπρά, στήθη πλατέα, τράχηλος ὑγρός, ὀσφῦς-μήτε ὑγρὰς λίαν, οὐρὰς μακράς.....*; conveniunt enim sua nomina rebus; at cum eadem fere reperiam in fr. Cantabr. (*κεφαλὴ ἐλαφρά, ὀφθαλμῶ-ἰδεῖν λαμπρώ, στήθη-μηδὲ πλατέα ἄγαν, αὐχὴν ὑγρός, ὀσφὺν-ὑγράν, κέρκον-μακράν....*), nonne suspicio quaedam oritur haec quasi adiectiva technica a Simone adhibita *Cyn.* scriptorem sua fecisse?

Quid quod in utroque libello, inter equi canumve corporis partes, *μηριαῖαι* illae (v. p. 15) nominantur?

Adde v. *εὔθριξ, εὔνους, λαγαρός, ὁμόχροια* [*Cyn.* V 19; *ὁμόχρως* fr. Cant.], *ποδώκεια, σαρκώδης*; praeterea *ἐναλλάξ* [*Cyn.* IX 12, *ἅπ. λεγόμ.* ap. Xen.; Poll. 193 ex Sim.; *ἐπαλλάξ* *REqu.* I 7 *ἅπ. λεγ.*].

Levidensia quidem haec; at velim consideres me fr. Cantabr. tantum iisque exiguis frustulis niti quae Simonea esse constat. Quod si in comparationem ea quoque vocave-

rimus quae Simoni haud sine causa vindicanda esse suspicor (quam pauca, haec quoque), multo plura huius inter Sim. lib. atque *Cyn.* cognationis indicia eruere licebit. Compara, quaeso, ea quae de Sim. genere dicendi scripsi cum iis quae de *Cyn.* stilo disputavit Raderm.; considera in utroque scriptore brevitatem illam imperatoriam, quam dixi; attende ad infin. pro imperat. adhib. (Poll. 203 *ἐᾶσαι ἑστάναι, ποιεῖσθαι τὴν ἀνάβασιν*, 215 *πιέζειν, αἰωρεῖν, εἶναι*). Quem infinitivi usum quis grammatico tribuat, cum Poll. in l. V, Cynegeticum expilans, ab eo prorsus abhorruerit? Neque nullius momenti erit reperiri in *Cyn.* *ῥύμη* v. illud, quod in deliciis Simoni fuisse mihi demonstrasse videor.

Hunc autem *Cyn.* scriptorem Xenophontem fuisse satis probabile videatur. Nonne enim Xenophontem Simonis lib. ab oblivione vindicasse, imitatum esse, magni fecisse constat? Quid mirum igitur si suspicamur Xen., in *Cyn.* componendo, praestantissimum illud libelli technici exemplar sibi ad imitandum proposuisse, quam *ἱππικός* ille — qui primus de equitatu scripserat — presso concisoque eodemque ad praecipiendum aptissimo dicendi genere adeptus esset laudem, eam se, primum, ut vid., de venat. scribere aggressum, consecuturum esse confisum?

Quod si Xen., in lib. de re equ. componendo Simonem auctorem secutus, facere non potuit, ut suus esset, quin, cum in iis quae de suo addidit, tum in dicendi genere exponendique ratione, ea quae Simon strictim praecepisset fusius sermocinando explicans, signatum praesenti suaque nota procuderet nummum, non sine aliqua veritatis specie credibile esse videatur ei, cum de venat. scriberet, propter argumenti diversitatem, cum, quantum res pateretur, in rerum delectu atque dispositione, tum in dicendi *διδακτικῷ* genere, pressius Simonis vestigiis insistere licuisse. Atque, fort., in verborum delectu. Considera, quaeso, haec vocabb. ex iis Pollucis locis quos Simoneos esse censeo vel ex glossis eruta: *ἰνώδης* Poll. 188; *Cyn.* IV 1 [ap. Xen. *ἅπαξ λεγόμ.*] — *ὀγκώδης* P. 189; *Cyn.* V 30 (*REqu.* I 12) — *κατωφερῆ*

P. 187; *Cyn.* X 9 *[ἅπ. λεγ.]* — *ἄστομος* P. 197; *Cyn.* III 3 *[ἅπ. λεγ.]* — *σκληρός* equus P. 197, 219; canis *Cyn.* III 2 — *θηριώδης* P. 198; *Cyn.* IV 8 — *προσεσταλμένος* P. 189; *Cyn.* IV 1 *[ἅπ. λεγ.]* — *εὔψυχος* P. 195; *Cyn.* ter [cf. *εὐψυχία* X 21 *ἅπ. λεγ.*] — *δυσωπεῖσθαι* P. 196; *Cyn.* IX 16 — *ἄπους* P. 197; *Cyn.* III 3 *[ἅπ. λεγ.]* — *ἠγμένος* (= educatus) P. 198; *Cyn.* III 11 — *ἄπεδα* P. 204; *Cyn.* VI 9, X 19 — *ἐργάσιμα* P. 220 (« *ἅπ. λεγ. Cyr.* I 4, 16 » Sauppe, *Lexil.*; at v. *Cyn.* V 15); quae, uno excepto, in lib. *REqu.* haud legimus.

Haec Simonea habenda esse satis probabile videtur. Vix enim credas aliunde ducta, vix a Poll. de suo addita, cum artis peritum praeseferant (grammaticum autem, paene dixi tessellarium, in hac de re equ. pericopa Simonis atque Xen. expilatorem deprehendimus), vix e *Cyn.* sumpta huc esse translata.

Utrum autem ea quae in *Cyn.* et in *REqu.* consentire videmus ad Sim. an ad Xen. redeant, in incerto est; certe, ut in tam diversis rebus, nonnulla consentiunt; cf. e. g. *REqu.* I 17 *τυγχάνοι εὔποδος (ἵππου) καὶ ἰσχυροῦ καὶ εὐσάρκου - -*, *Cyn.* IV 2 *ἐὰν ὦσιν τοιαῦται αἱ κύνες ἔσονται ἰσχυραὶ τὰ εἴδη, ἐλαφραί, σύμμετροι* (v., de *συμμετρίᾳ*, fr. Cant. 2), *ποδώκεις - -*, quae virtutes pluribus verbis explicantur; *REqu.* II 3, *Cyn.* VII 12 quomodo agendum sit ut equus atque canis a domino sibi benefieri intellegant; *REqu.* II 5 de equis leniendis (cf. VI 13 et XI 6 *ὥσπερ καὶ Σίμων λέγει*), *Cyn.* VI 10 de canum ira blandis verbis lenienda; *REqu.* III 5, *Cyn.* VI 4 de equis canibusque alias in alia loca ducendis; *REqu.* III 8, *Cyn.* III 11 ubi quaestio illa de *φύσει* atque *ἐπιστήμῃ* adumbratur; *REqu.* II 3, *Cyn.* VI 25 de equorum canumque *φιλανθρωπίᾳ*.

Consensum autem de oculorum forma (*ὄμματα μετέωρα* *Cyn.* IV 1, cf. *ἐξόφθαλμος* *REqu.* I 9), contra Aristot. *h. a.* 780 b, 36, deprehendit Baehrens; equidem hunc ad Simonem redire animadverto (fr. Cant. 7 *ὀφθαλμὼ μεγάλω, ἔξω δὲ ὡς μάλιστα*, atque cf. Poll. I 191).

Quae si concedis, haud scio an eorum vv. dd. opinioni, qui *Cyn.* Xenophonteum esse contenderunt, nonnihil auctoritatis addatur.

Qua aetate autem lib. sit conscriptus coniecturam facere liceat.

Mihi quidem haud absurdum vid. opinari Xenophontem postremis suae vitae annis de venat. scribere aggressum esse.

Vix enim adducor ut credam *Cyn.* genus illud dicendi technicum iunioris scriptoris eiusdemque litterarum rudis imperitiam praeseferre (Mewaldt, p. 92; cf. Raderm. p. 615). Senem autem morosum difficilemque eum dixeris qui, nimis fort. curiose, tam diligenter ineptias quoque identidem perpenderit, cum, e. g., de retium mensuris, de retibus pedicaque statuendis, de cautionibus tot in rebus adhibendis, de lepore tam perseveranter investigando, de catulis nutriendis educandisque scripsit, quae omnia senem potius nimiam iuvenum animorum mobilitatem ac fiduciam sui moderantem quam iuvenem praecipientem decere vidd.

Adde tam magnum rerum usum, verborum locutionumque, quae artis sunt propria (cf. Mewaldt, p. 87), cognitionem; praeterea *σωφροσύνην* illam quam V 14, VI 13 deprehendimus.

Quod si a Diog. L. Xenophontem in otio illo Scilluntio venatum exercuisse accepimus, suspicari licet eum plane senem, operosa senectute fruentem, lib. de venat. composuisse atque dicendi genere *διδακτικῷ*, quod in Simone probasset, adhibito, suo iure, qua aetate rerumque peritia esset, tam gravem iuniorum auctorem praeceptoremque exstitisse.

AD XENOPHONTIS
OPUSCULA

(Hier., Ages., Lacedaem. R., De Redit.,
Hipp., De Re Equ., Cyneg.)

Ad Xen. opuscula politica, equestria et venatica quae, quamquam 'quod ad vitam, mores, instituta Graecorum cognoscenda utilissima' (Rühl, *praef.* p. I), prope neglecta iacebant, nemo ignorat quanto studio animos viri docti converterint, postquam, Aenea Piccolomini, magistro optimo, auctore, Hermanno Diels favente, *Hipparchicus*,[1] *de re equestri*,[2] *Cynegeticus*, *de Laced. rep.*[3] libelli Weidmannorum typis in lucem prodierunt.

Ut de editionibus tantum loquar — longum est enim hic quidem eos omnes, qui his annis Xen. scripta min. in iudicium vocaverunt, percensere[4] — meam[5] anni MCMVI (qua contin. *Lac. R.*, *Ath. R.*, *de Red.*, *Hipp.*, *de re equ.*, *Cyn.*, eadem scil. opuscula quae Dindorfiana praestantissima illa Oxoniensi a. MDCCCLVI) secutae sunt optimae quas horum libell. curaverunt Franciscus Rühl,[6] E. C. Marchant,[7] cuius Xen. operum omnium vol. V *Hiero* quoque atque *Agesilaus* continentur, iam a Th. Thalheim[8] in Xen. script. minn. vol. I editi. Adde libelli *de Red.* edit., quam, accuratissimis commentariis instructam, in lucem protulit J. H. Thiel.[9]

Quorum omnium vv. dd. ex ingenii acie atque doctrina magnus quidem fructus ad horum opusc. verborum contex-

---

[1] rec. P. Cerocchi, 1901.

[2] rec. V. Tommasini, 1902.

[3] recensui, 1901, 1905.

[4] Hos saltem nunc quidem subtilissimos Xen. operum iudices commemorare liceat: W. Gemoll, v. Herwerden, Al. Castiglioni, H. Richards, J. Mesk; ad ceteros in iis quae secc. provocabo.

[5] Romae, Albrighi, 1906.

[6] Lipsiae, Teubn., 1912.

[7] Oxonii, e typ. Clarend., s. d.

[8] Lipsiae, Teubn., 1915.

[9] Vindob., 1922.

tam redundavit; maximus autem, fortuna favente, ad lib. equestres et venat. ex praestantissimis codd. B = Vaticano 989, saec. XIII, *(Hipp., REqu., Cyn.)*; A = Vindobonensi IV 37, saec. XVI *(REqu.* et *Cyn.)*, cuius collat. H. Schenkl, humanissimus vir, benigne nobiscum communicavit.

Attamen, cum Xen. opuscula iterum edendi munus nuper suscepissem atque nonnullis locis librorum traditam scripturam emendatione adhuc egere mihi (iure an iniuria, doctiores videant) persuasissem, eorum quae temptassem nonnulla publici iuris facere animum induxi, ut iamnunc in rectius doctiusque existimantium arbitrium venirent; cetera ad edit. reieci. Pauca ad *Hier.* quoque atque *Ages.* adnotavi.

AD HIERONEM.

II 1. *πολλοὺς γάρ, ἔφη, ἔγωγε ὁρῶ τῶν δοκούντων ἀνδρῶν εἶναι ἑκόντας μειονεκτοῦντας καὶ σίτων καὶ ποτῶν καὶ ὄ ψ ω ν καὶ ἀφροδισίων γε ἀπεχομένους.*

Σῖτα atque *ὄψα* saepius vel coniungi vel opponi inter se nemo ignorat; at hic *τὰ ὄψα* nihil ad rem; *σῖτα* tantum commemorantur I 4 et 5 (s. 17 *πίνειν καὶ ἐσθίειν*, *Cyr.* IV 2, 34 *οὔτε σῖτα οὔτε ποτά*, cf. 41). *Ὀσμῶν* coni. Heindorf.

Perstringit h. l. Simonides quae fusius antea disputata sunt, inde ab I 4: *τοὺς μὲν δὴ ἰδιώτας ἔγωγε - - δοκῶ μοι καταμεμαθηκέναι δ ι ὰ μ ὲ ν τ ῶ ν ὀ φ θ α λ μ ῶ ν ὁ ρ ά μ α σ ι ν ἡδομένους τε καὶ ἀχθομένους - -, διὰ δὲ τοῦ στόματος σίτοις τε καὶ ποτοῖς, τὰ δ' ἀφροδίσια κ τ λ.* atque cf. s. 11 *πρῶτον μὲν γὰρ ἐν τοῖς δ ι ὰ τ ῆ ς ὄ ψ ε ω ς θ ε ά μ α σ ι* [*διὰ τῆς ὄψεως* del. Schenkl] *λογιζόμενος εὑρίσκω μειονεκτοῦντας τοὺς τυράννους*, et s. 14.

Suspicari licet scriptum fuisse *ὄ ψ ε ω ν*. De hac *ὄψεις* v. not. *(res quae sensum oculorum movent, spectacula)* cf. *REqu.* II 5 *παντοδαποῖς μὲν ὄψεσι, παντοδαποῖς δὲ ψόφοις (τὸν πῶλον) πλησιάζειν*, et XI 11.

II 2. *κέκτησθε δὲ διαφέροντας μὲν ἀρετῇ ἵππους - -, μεγαλοπρεπεστάτους δ' οἰκίας - -, ἔ τ ι δ ὲ π λ ή θ ε ι καὶ ἐπιστήμαις θεράποντας ἀρίστους κέκτησθε.*

φύσει vel *εἴδει* pro *πλήθει* coni. Ernesti, *ἄνθει* cit. March. Suspicor *ΠΛ* ex *ΤΙΔ* quod antec. esse ortum, atque legendum esse *ἔ τ ι δ' ἤ θ ε ι*. Cf. Critiae *Eleg.* 4, 12 s. Diehl *δμῶες δ' ἀκόλαστον ἔχουσιν ἦθος.*

ἐπιστήμῃ Stob. 49, 36; haud scio an recte.

II 12 ss. *καὶ πόλεμοι μὲν δή εἰσιν οὕς τε αἱ πόλεις πολεμοῦσι καὶ οὓς οἱ τύραννοι πρὸς τοὺς βεβιασμένους· τούτων δὲ τῶν πολέμων ὅσα μὲν ἔχει χαλεπὰ ὁ ἐν ταῖς πόλεσι, ταῦτα καὶ ὁ τύραννος ἔχει· καὶ γὰρ κ τ λ.* [14] *ἃ δὲ ἔχουσιν ἡδέα οἱ σ υ ν ό ν τ ε ς πόλεσι πρὸς τὰς πόλεις, ταῦτα οὐκέτι ἔχουσιν οἱ τύραννοι.*

οἱ συνόντες manifeste corrupta; *οἱ συνόντες ⟨ἐν ταῖς⟩* Reuchl.; *οἱ κοινοὶ ταῖς* Thalh. Ex *M* perperam lecto *Σ* errorem ortum esse mihi persuadeo; inde *ΣΥΝΟΝΤΕC* ex *ΑΜΥΝΟΝΤΕC* quod scriptum erat esse factum.

IV 8 s. *οὐ γὰρ τῷ ἀριθμῷ οὔτε τὰ πολλὰ κρίνεται οὔτε τὰ ὀλίγα* [*ἱκανὰ* codd., Stob.; em. Coppello], *ἀλλὰ πρὸς τὰς χρήσεις· ὥστε τὰ μὲν ὑπερβάλλοντα τὰ ἱκανὰ πολλά ἐστι, τὰ δὲ τῶν ἱκανῶν ἐλλείποντα ὀλίγα. τῷ οὖν τυράννῳ τὰ πολλαπλάσια ἧττον ἱκανά ἐστι εἰς τὰ ἀναγκαῖα δαπανήματα ἢ τῷ ἰδιώτῃ. τοῖς μὲν γὰρ κ τ λ.*

Exspectes *ἢ τῷ ἰδιώτῃ τὰ ὀλίγα*, vel *τὰ μέτρια* vel sim., ut fere, e. g., Sen. *brev. v.* I 4 *amplae et regiae opes, ubi ad malum dominum pervenerunt, momento dissipantur, at q u a m v i s m o d i c a e, si bono custodi traditae sunt, usu crescunt.*

Fuitne *ἢ τῷ ἰδιώτῃ ⟨τ ὰ μ ε ί ω⟩*? Haplogr. suspicor propter quae secc. v. *τοῖς μέν*. Vocem *μείων* (utrum ex Dorica dialecto sumpta sit, ut Gautier, p. 32, Thiel, p. XXII censuerunt, an ex poetis, Hom. Hes. Pind. Tragg., in incerto relinquere malo) in deliciis a Xen. habitam esse scimus.

VIII 10. *ἔτι δὲ μισθοφόρων μὲν ἀνδρὶ τυράννῳ δεῖ· τούτου δὲ βαρύτερον φόρημα οὐδέν ἐστι τοῖς πολίταις. οὐ γὰρ τυράννοις ἰσότιμος* [A *pr.*, *-μους* A *corr.* B Harl. C M; *ἰσοτιμίας* dett.], *ἀλλὰ πλεονεξίας ἕνεκα νομίζουσι τούτους τρέφεσθαι* [*τρέφειν in mg. m. 1* A].

ἰσότιμος: ἰσότητος Thalh., *ἰσοτιμίας* cum dett. March., '*salutis suae causa*' Aretinus, unde *σωτηρίας* Zeune; *τιμῆς* Leoncl. Equidem, quod ad sententiam attinet, Zeunio atque Leoncl. assentior, at, ne nimis a dett. codd. scriptura recedam, malim ⟨*φ*⟩*ιλοτιμίας* (cf. I 27).

At *ἰσοτιμίας*, symmetriae causa, correctori procul dubio debetur; *ἰσοτίμους* autem praestantissimis codd. nititur, maximum denique pondus habet A mg. (m 1) lectio *τρέφειν*. Fort. scribendum: *οὐ γὰρ τύραννοι[ς] ἰσοτίμους* (sc. *civibus*) *ἀλλὰ πλ. ἕν. νομίζουσι* (*solent*) *τούτους τρέφειν*. De sententia cf. V 3. Ex *ισ-* facile oriri potuit *-ις*.

X 6. *ἀλλὰ μὴν καὶ ἐν τῇ στρατιᾷ τί ἐστιν ὠφελιμώτερον πολίταις μισθοφόρων; τούτους γὰρ προπονεῖν καὶ προκινδυνεύειν καὶ προφυλάττειν εἰκὸς ἑτοιμοτάτους εἶναι.*

προπονεῖν: an *προνοεῖν*?

Cf. s. 8 qua antea dicta perstringuntur: *ὅταν γε μὴν γνῶσιν οἱ πολῖται ὅτι οὗτοι κακὸν μὲν οὐδὲν ποιοῦσι τὸν μηδὲν ἀδικοῦντα, τοὺς δὲ κακουργεῖν βουλομένους κωλύουσι, βοηθοῦσι δὲ τοῖς ἀδικουμένοις, προνοοῦσι δὲ καὶ προκινδυνεύουσιν τῶν πολιτῶν κτλ.* atque XI 12 *καὶ ἐθελουσίως σου προνοοῦντας θεῷο ἄν, εἰ δέ τις κίνδυνος εἴη κτλ.*

XI 12. *ἑκόντας δὲ τοὺς πειθομένους ἔχοις ἂν καὶ ἐθελουσίως σου προνοοῦντας θεῷο ἄν, εἰ δέ τις κίνδυνος εἴη, οὐ συμμάχους μόνον ἀλλὰ καὶ προμάχους καὶ προθύμους ὁρῴης ἄν.*

καὶ ante *προθύμους* del. Heindorf; *καὶ* ⟨*τούτους*⟩ *προθύμους* Rich., '*καὶ προθ.* fort. delenda' March.

Comparari forsitan possit *Cyr.* II 4, 10 *συνεργοὺς προθύμους*. Conicio tamen: *προθανουμένους* (fuitne per compendium scriptum?).

In v. *συμμάχους, προμάχους, προθαν.* climaca deprehendere mihi videor.

AD AGESILAUM.

I 4. *τοιγαροῦν ἄλλη μὲν οὐδεμία ἀρχὴ φανερά ἐστι διαγεγενημένη ἀδιάσπαστος οὔτε δημοκρατία οὔτε ὀλιγαρχία οὔτε τυραννὶς οὔτε βασιλεία· αὕτη δὲ μόνη διαμένει συνεχὴς βασιλεία.*

ἄλλη μὲν οὐδεμία, cum A[2] M, ed. March.; *ἃ μὲν ἄλλη* A (B), *ἅμα μὲν ἄλλη* Thalh.

Haud satis in vulg. lect. acquiesco, neque Aristides (ap. quem III 13, 11 legimus *ἄλλης μὲν οὐδεμιᾶς ἀρχῆς*) tantum ponderis habet, utpote qui suum auctorem interdum parum pie respexerit (cf. I 26), ut praestantissimo cod. A praeferatur.

Quid si legimus *μία μὲν ἄλλη οὐδεμία* (= **nulla una**)? Cf. Thuc. II 51 *ἕν τε οὐδὲν κατέστη ἴαμα* et Her. I 32; *Oecon.* II 10 *οὐδὲ ἄλλο οὐδὲ ἕν* cet.

I 7. *Ἀγησίλαος ὑπέστη, ἐὰν δῶσιν αὐτῷ τριάκοντα μὲν Σπαρτιατῶν, δισχιλίους δὲ νεοδαμώδεις, εἰς ἑξακισχιλίους δὲ κτλ.*

δισχιλίους ex *Hell.* III 4, 2 et Plut. *Ages.* 6 cum Hutschio edd. omnes: *τρισχιλίους* codd.

At in *Hell.* est *εἰς δισχιλίους*. Exciditne *εἰς* propter *δισ-* quod sequitur?

I 8. *εὐθὺς μὲν οὖν πολλὴ πάνυ ἠγάσθησαν αὐτὸ τοῦτο ἐπιθυμῆσαι, ἐπειδὴ ὁ Πέρσης πρόσθεν ἐπὶ τὴν Ἑλλάδα διέβη, ἀντιδιαβῆναι ἐπ' αὐτόν, τό τε αἱρεῖσθαι κτλ.* (codd.).

αὐτὸ τοῦτο] *αὐτοῦ τοῦτο* Weisk.; *αὐτὸ τοῦτο* ⟨*τὸ*⟩ Reuchlin, Thalh., March. Fortasse *αὐτοῦ τό*. Attende *τό τε* quod sequitur.

II 13. *προσελαύνοντές τινες τῶν ἱππέων λέγουσιν αὐτῷ ὅτι τῶν πολεμίων ὀγδοήκοντα σὺν τοῖς ὅπλοις ὑπὸ τῷ ναῷ εἰσι.*

Ex *Hell.* IV 3, 20 restituere non dubito *ὡς ὀγδοήκ.* Post *-ων* facile intercidit *ὡς*.

II 26 ss. *ὅμως δὲ καὶ ἐν τῇ πρεσβείᾳ μεγάλου στρατηγοῦ ἔργα διεπράξατο·* (argumenta secuntur, quorum hoc postremum:) *Μαύσωλός γε μὴν - - οὐκέτι δείσας ἀλλὰ πεισθεὶς ἀπέπλευσεν οἴκαδε. * ἄξια θαύματος διεπράξατο· οἵ τε γὰρ εὖ πεπονθέναι νομίζοντες ὑπ' αὐτοῦ καὶ οἱ φεύγοντες αὐτὸν χρήματα ἀμφότεροι ἔδοσαν.*

Lac. stat. March.; explent codd. dett., v. *κἀνταῦθα οὖν*, quae probat Gemoll, additis; *ἃ δὲ* Reisk.; *καὶ ταῦτα δὲ* HSaupp., Thalh.; post *ἄξια* add. *δὲ* Steph.

Fort. post *οἴκαδε* intercidit *ὁ δέ*.

IX 3. *τῷ μὲν γὰρ Πέρσῃ πᾶσαν γῆν περιέρχονται μαστεύοντες τί ἂν ἡδέως πίοι, | μυρίοι δὲ τεχνῶνται τί ἂν ἡδέως φάγοι· | ὅπως γε μὲν* [*μὴν* Thalh.] *καταδάρθοι οὐδ' ἂν εἴποις τις ὅσα πραγματεύονται·*

Ἀγησίλαος δὲ διὰ τὸ φιλόπονος εἶναι πᾶν μὲν τὸ παρὸν ἡδέως ἔπινε, | πᾶν δὲ τὸ συντυχὸν ἡδέως ἤσθιεν, | εἰς δὲ τὸ ἀσμένως κοιμηθῆναι πᾶς τόπος ἱκανὸς ἦν αὐτῷ.

V., praet. alios, de sententia, Sen., *ad Helv.* X 3 ss., atque [cf. E Skard, PhW., 1925, p. 462] Sall. *Cat.* 13 ***vescendi causa-exquirere.***

Huius sane Gorgieae periodi cola inter se respondentia distinxi, ut eorum aequatum numerum atque eurhythmiam oculis proponerem. Ea autem est haec periodus cuius structura cum plurimis illis optimo iure comparetur, quas protulit Schacht, p. 29 ss., in quibus figurae vel ornantes (parisosis, paronomasia, paromoeosis, cett.) vel concitantes (anaphora, antistropha vel conversio, cett.) crebrae reperiuntur; imprimis, propter sententiae quoque affinitatem, cum periodo illa quam in fabula, Gorgieo, ut vid., stilo scripta,

legimus *Mem.* II 1, 30: *καὶ ἵνα μὲν ἡδέως φάγῃ | ὀψοποιίας μηχανωμένη || ἵνα δὲ ἡδέως πίνῃς | οἴνους - παρασκευάζει | καὶ χιόνα - ζητεῖς || ἵνα δὲ καθυπνώσῃς ἡδέως | οὐ μόνον - - | ἀλλὰ καὶ κτλ.*

At si quid aure callemus aliquid in membrorum responsione deesse vid.

Etenim si recte Schacht statuit (atque cf. Saupp. *Lexil.* p. 118 s.) hanc in X. libris recensendis legem esse sanciendam, ne repetitum reiceretur vocabulum, etiamsi inutile vel molestum videretur (cf. Horn, *o. c.*, p. 61 sqq.), dummodo ne sensui officeret, vix concedendum esse vid. Xen., tum praesertim cum rhetorico illo dicendi genere palam uteretur, ea quae symmetriae pleniorisque orationis lex vel sensus ipse poscerent vocabula omisisse.

Igitur *καταδάρθοι* illud nudum (cui respondet *ἀσμένως κοιμηθῆναι*) suspicionem movet; exspectes *ἀσμένως* (vel *ἡδέως* vel sim.) *καταδ.* Conicio ⟨*εὖ*⟩ *καταδ.*; v. *εὖ* post *μὲν* excidere potuit.

Praeterea, quamquam tradita scriptura ferri potest, haud scio an X. scripserit: *πᾶσαν γῆν περιέρχονται μαστεύοντες τί ἂν ἡδέως πίοι* ⟨*μυρίοι*⟩*· μυρίοι δὲ κτλ.* Epanaphora Xen. h. l. altius spirantem haud dedecet.

μυρίοι δὲ] *μυρία δὲ* Kaibel.

XI 10. *πρᾳότατός γε μὴν φίλοις ὢν (Ages.) ἐχθροῖς φοβερότατος ἦν· καὶ πόνοις μάλιστα ἀντέχων ἑταίροις ἥδιστα ὑπεῖκε, καλῶν ἔργων μᾶλλον ἢ τῶν καλῶν σωμάτων ἐπιθυμῶν·*

πόνοις] *πολεμίοις* Hagen; *πονηροῖς* Born., acute.

Conicio *πόθοις*. Explicatur sententia iis quae secc. *μᾶλλον ἢ τ. καλῶν σωμ. ἐπιθ.*

AD LACEDAEMONIORUM REMP.

II 3. *ἀντί γε μὴν τοῦ ἁπαλύνειν τοὺς πόδας ὑποδήμασιν ἔταξεν (Lycurg.) ἀνυποδησίᾳ κρατύνειν, νομίζων, εἰ τοῦτ' ἀσκή-*

σειαν, πολὺ μὲν ῥᾷον ἂν ὀρθιάδε ἐκβαίνειν, — καὶ δραμεῖν θᾶττον ἀνυπόδητον, εἰ ἠσκηκὼς εἴη τοὺς πόδας, ἢ ὑποδεδεμένον.

'Fort. *θᾶττον ἂν δύνασθαι*' March.; ⟨*τὸν*⟩ *ἀνυπόδητον* et ⟨*τὸν*⟩ *ὑποδεδεμένον* Cobet, *ἀνυπόδετόν* ⟨*τινα*⟩ Schenkl, *ἀνυπόδ.-ὑποδεδεμένον* om. Stob., del. Herwerd., March.

Sufficitne *εἰ ἠσκηκώς* ⟨*τις*⟩ *εἴη* vel. *εἴη* ⟨*τις*⟩?

VI 3. *ἐποίησε δὲ καὶ οἰκέταις, εἴ τις δεηθείη, χρῆσθαι καὶ τοῖς ἀλλοτρίοις.*

Antea, s. 1, de liberorum potestate cuivis civi facta: *ἐποίησε παίδων ἕκαστον ὁμοίως τῶν ἑαυτοῦ καὶ τῶν ἀλλοτρίων ἄρχειν.*

Cf. Aristot. *Pol.* II 3, 263 a: *ἐν Λακεδαίμονι τοῖς τε δούλοις χρῶνται τοῖς ἀλλήλων ὡς εἰπεῖν ἰδίοις*, Plut. *Inst. Lac.* p. 238 e: *τοῖς τῶν πλησίον οἰκέταις ὡς ἰδίοις χρῆσθαι ἔθος ἦν, εἴ που δέοιντο*, qui haud prorsus inepte de suo, ut vid., *τῶν πλησίον* addidit.

Quibus locis collatis Brodaeus, post *οἰκέταις*, inseruit *τοῖς ἰδίοις*; quod supplementum, a Rühlio receptum, haud scio an absonum videatur. Exspectes potius *ἀλλοτρίοις ὡς ἰδίοις*.

Quid si *καί* illud ante *τοῖς ἀλλοτρίοις* ex eo quod antec. *-θαι* ortum credimus?

Quod autem mihi in mentem venerat *καὶ* ⟨*δούλοις*⟩ *τοῖς ἀλλοτρίοις* (Plat. *Leg.* 763 e *οἰκέτας τε καὶ δούλους*; v. quae de *δούλῳ* atque *οἰκέτῃ* v. scripsit EKlaar, PhW, 1923, 525 ss.) exquisitius dixeris.

VII 5. *τό γε μὴν ἐξ ἀδίκων χρηματίζεσθαι καὶ ἐν τοῖς τοιούτοις διεκώλυσε. πρῶτον μὲν γὰρ νόμισμα τοιοῦτον κατεστήσατο ὃ δεκάμνων μόνον ἂν εἰς οἰκίαν εἰσελθὸν οὔποτε δεσπότας οὐδὲ οἰκέτας λάθοι κτλ. — χρυσίον γε μὴν καὶ ἀργύριον ἐρευνᾶται καὶ ἄν τι που φανῇ, ὁ ἔχων ζημιοῦται.*

ἐν τοῖς τοιούτοις] *ἐν τοῖς περιοίκοις* Rühl.

Nominantur s. 1 ss. civium artes negotiaque a quibus

liberi homines Spartae arcentur: *γεωργία, ναυκληρία, ἐμπορίαι, τέχναι*, quae omnes artes palam exercentur.

At quaestum facere in occulto quoque licet. Recte igitur *Red.* IV 6, civium artes recensens, *τέχνας* scriptor memorat (*χαλκοτύποι, σιδηρεῖς*), agrorum culturam, *ἐμπορίας καὶ καπηλείας καὶ τοκισμούς* (*ἐμπορίαι* atque *τοκισμοί* etiam ap. Arist. *Polit.* I 1258 b, 22 coniunctim nominari animadvertit Thiel, ad *Red.* l. c.).

Itaque satis probabile vid. Xen., de artibus quae palam exercentur mentione facta, occultam quoque lucri faciendi rationem silentio non praeterisse. Mirum si Xen., qui Lycurgum liberis hominibus omne lucri studium, eius quoque quod sudore atque labore quaeritur, interdixisse docet, nihil de fenore dixit.

Haud scio igitur an pro *ἐν τοῖς τοιούτοις* scribendum sit *ἐν τοῖς τοκισμοῖς* (vel *ἐν τοῖς τόκοις*).

Alicuius autem momenti cod. C lectio *ἐξ ἀλλήλων* (*ἐξ ἀδίκων* cett.) esse vid.

Longum est referre quanta de huius cod. (Mutinensis bibl. Atest. V 7, 17, saec. XV, quem ex A vel ex eodem atque A archet. ductum esse plerique iudicant) auctoritate et fide orta sit controversia.

Contendit, enim, Kalinka (ad *Ath. r.*) hunc cod. vel optimum ad ea X. scripta quae continet recensenda vel inter optimos habendum esse, neque defuerunt qui ei assentirentur; haud pauci, contra, vv. dd. optimas lectiones in uno C exstantes meras coniecturas esse sibi persuaserunt.

Plura de hac quaestione v. ap. KSchenkl (*Lac. r.*), Kirchhoff (*Ath. r.*), Zurborg, Thiel (*de Red.*), Tretter (*Apol. Socr.*), Rühl, March.

Concedo equidem lectiones sive probabiles sive probandas « non eam habere vim ut inde sive eum qui cod. C scripsit sive qui eius archet. exaravit, libro quodam melioris notae usum esse concludendum sit » (Tretter, Jahresb. Staatgymn. in Graz, 1903, p. VIII); at, ipsius Zurborgii sententia, est « ubi dubites paene num coniectura tantum

librarius hoc vel illud invenerit, an ex antiquo fonte antiquitus traditum acceperit » (p. VII). Marchant, denique, librarii illius modo sollertiam scientiamque modo stultitiam admiratus, « at, inquit, si concedimus librarium aperta vitia corrigere studuisse, num verisimile est ut idem multa quae in A vere tradita esse videantur tamquam ex libidine mutaverit? ». Cum autem nonnumquam cod. C cum Stobaeo atque *(de Red.)* cum frustulo illo papyraceo (quod edidit Wilcken, Archiv. f. Papyrusf. I 473) consentiat, inde factum est ut ' rem sua natura dubiam in dubio relinquere ' mallet March. huiusque libri haud paucas lectt. reciperet. At quam cautissime C esse adhibendum liquet. Pravae enim illae lectiones ab A dissentientes fort. cod. C scribae sunt tribuendae, qui librum ex A ductum atque correctoris manum expertum neglegenter descripserit. Inde fieri suspicor ut sollertiae stultitiaeque indicia in C deprehendamus.

E. g. cod. C librario tribuendnm iudico hoc *ἐξ ἀλλήλων* quod sensu caret, ita tamen ut sub haec v. probabilem lectionem in eius archetypo exstantem (sive de cod. quopiam ductam sive a correctore de suo prolatam) latere credam. Puto enim in cod. C archetypo fuisse *ἐξ ἀδήλων*, atque, *ΑΔΗΛΩΝ* perperam lecto *ΑΛΗΛΩΝ*, hinc *ἀλλήλων* illud ortum esse.

Ἐξ ἀδήλων autem optime quadrare dixeris, cum occulta lucri faciendi ratio artibus quae palam exercentur hic opponatur atque iis quae providerit, Lycurgum, ne quis illiberales et sordidos quaestus sibi clam constitueret, praecavisse pateat.

IX 1. *ἄξιον δὲ τοῦ Λυκούργου καὶ τόδε ἀγασθῆναι, τὸ κατεργάσασθαι ἐν τῇ πόλει αἱρετώτερον εἶναι τὸν καλὸν θάνατον ἀντὶ τοῦ αἰσχροῦ βίου· καὶ γὰρ δὴ ἐπισκοπῶν τις ἂν εὕροι μείους ἀποθνῄσκοντας τούτων τῶν ἐκ τοῦ φοβεροῦ ἀποχωρεῖν αἱρουμένων.*

† *τούτων* Rühl, ' fort. *τῶν τοῦτον* ' March.; post *τούτων* add. *ἢ* Heindorf (at v. Saupp. *Lex.*, p. 60), quod receperunt Dind., Rühl, March.

Pro *τούτων*, quod nihil habet quo referatur, citat Rühl *τῶν καλῶς ἀγωνιζόντων* vel simile quid; malim *τῶν μενόντων* vel *τοὺς μένοντας* (tritum v. inde ab Hom., Tyrt., cet.; cf. *Cyr.* III 3,45 *οἱ δὲ φεύγοντες ἀποθνῄσκουσι μᾶλλον τῶν μενόντων*), vel *τῶν μαχομένων* (*Cyr.* III 3, 51 *αἱρετώτερόν ἐστι μαχομένους ἀποθνῄσκειν μᾶλλον ἢ φεύγοντας σῴζεσθαι*).

Haud scio tamen an ⟨*οὐ*⟩ *μείους* scribere sufficiat (*οὐ* post *-οι* facile excidere potuit); comparat. term. q. d. (*τῶν καλὸν θάνατον αἱρουμένων*, vel *τῶν καλῶς ἀγωνιζόντων*, vel sim.) subaudito. Iis autem quae secc. explicatur sententia: *ὡς τἀληθὲς εἰπεῖν καὶ ἕπεται τῇ ἀρετῇ* ⟨*τὸ*⟩ *σῴζεσθαι κτλ.*

X 4. *τόδε γε μὴν τοῦ Λυκούργου πῶς οὐ μεγάλως ἄξιον ἀγασθῆναι; ὃς ἐπειδὴ κατέμαθεν ὅτι ὅπου οἱ βουλόμενοι ἐπιμελεῖσθαι τῆς ἀρετῆς οὐχ ἱκανοί εἰσι τὰς πατρίδας αὔξειν, ἐκεῖνος ἐν τῇ Σπάρτῃ ἠνάγκασε δημοσίᾳ πάντας πάσας ἀσκεῖν τὰς ἀρετάς* (codd.).

ὅπου οἱ] ⟨*ἔστιν*⟩ *ὅπου οἱ* Morus, *αὐτοὶ οἱ* Wulff, *οἱ* ⟨*μὴ*⟩ Leoncl., *ὀλίγοι* Schn.; codd. scriptura servata, *ἐπιμελοῦνται*, pro *-εῖσθαι*, Haase, Rühl, March.; *βουλόμενοι* ⟨*μόνοι*⟩ Madv., Rühl.

Legendum suspicor: *ὅτι οἱ οὐ βουλόμενοι κτλ.* *ΟΠ* ex dittogr., propter *ΟΤΙ*, scripto, id quod effectum est *ΟΠΟΙΟΥ*, cum nullo modo *ὅποι* ferri posset, in *ὅπου οἱ* correctum esse conicio.

XI 5. *ὃ δὲ οἱ πλεῖστοι οἴονται, πολυπλοκωτάτην εἶναι τὴν ἐν ὅπλοις Λακωνικὴν τάξιν, τὸ ἐναντιώτατον ὑπειλήφασι τοῦ ὄντος· εἰσὶ μὲν γὰρ ἐν τῇ Λακωνικῇ τάξει οἱ πρωτοστάται ἄρχοντες, καὶ ὁ στίχος ἕκαστος παντ' ἔχων ὅσα δεῖ παρέχεσθαι.*

Aliquid in extremis verbis omissum esse vid. Dindorfio. Contra, *πάντα παρέχων* Morus, *π. ἀκολουθῶν* Köchly et Rüstov, *παντ' ἀκούων ὅσα δεῖ παρεγγυᾶσθαι* cit. Thalh.; ' fort. *πειθαρχῶν* ' March. Mihi quidem in Laconica acie ' esse ' *τὸν*

στίχον ἕκαστον satis inepte dici vid.; *τοὺς πρωτοστάτας* autem esse (sc. milites qui uniuscuiusque ordinis primum obtinent locum), qui ceteris imperent, hoc, quippe quod Spartanae aciei sit proprium, magni est momenti.

Igitur participium illud *ἔχων* suspectum habeo atque vix hic participio locum esse reor.

Dubitanter conicio: *καὶ ὁ στίχος ἕκαστος παντελῶς ὅσα δεῖ παρέχεται.* Haec secuntur: -- *τοῖς μὲν γὰρ ἡγεῖσθαι δέδοται, τοῖς δὲ ἕπεσθαι τέτακται.*

Perperam *ΠΑΝΤΕΛΩΣ* lecto *ΠΑΝΤΕΧΩΝ*, infinit. illud *παρέχεσθαι* ex necessaria correct. ortum esse suspiceris.

XI 10. *ἣν γε μὴν κατὰ τὰ εὐώνυμα πολέμιοι προσίωσιν κτλ.*

Haud facile nos posse statuere ubi articulum excidisse putandum sit satis constat.

E. g. *Red.* IV 45 ubi *οἱ πολέμιοι* March. cum C; art. om., cum BM, cett. edd., recte ut vid.

At hoc loco articulum vix omissum feras.

Si enim quae antecc. s. 8 ss. consideraveris, symmetriam quandam forsitan deprehendas: *ἐὰν δ' ἐκ τοῦ ἐναντίου πολεμία φάλαγξ ἐπιφανῇ.... | ἢν γε μὴν.... ἐκ τοῦ ὄπισθεν οἱ πολέμιοι ἐπιφανῶσιν.... | ἢν δ' αὖ ἐκ τῶν δεξιῶν πολεμίων τάξις ἐπιφαίνηται.... | ἢν γε μὴν κατὰ τὰ εὐώνυμα ⟨οἱ⟩ πολέμιοι προσίωσιν.*

AD LIB. DE REDITIBUS.

I 2. *σκοποῦντι δή μοι ἃ ἐπενόησα, τοῦτο μὲν εὐθὺς ἀνεφαίνετο, ὅτι ἡ χώρα πέφυκεν οἵα πλείστας προσόδους παρέχεσθαι· ὅπως δὲ γνωσθῇ, ὅτι ἀληθὲς τοῦτο πρῶτον λέγω διηγήσομαι τὴν φύσιν τῆς Ἀττικῆς.*

πρῶτον λέγω codd.; *λέγω πρῶτον* inde a Steph. editores omnes praeter Thiel qui codd. scripturam defendit; *[πρῶτον]* Castigl.; utrumque improbat Gemoll.

Fuitne *τοῦτο ⟨ὃ⟩ πρῶτον λέγω*?

II 1. *τούτων μὲν οὖν ἁπάντων, ὥσπερ εἶπον, νομίζω αὐτὴν τὴν χώραν αἰτίαν εἶναι· εἰ δὲ πρὸς τοῖς αὐτοφυέσιν ἀγαθοῖς πρῶτον μὲν τῶν μετοίκων ἐπιμέλεια γένοιτο - αὕτη γὰρ ἡ πρόσοδος τῶν καλλίστων ἔμοιγε δοκεῖ εἶναι, ἐπείπερ αὐτοὺς τρέφοντες καὶ πολλὰ ὠφελοῦντες τὰς πόλεις οὐ λαμβάνουσι μισθόν, ἀλλὰ μετοίκιον προσφέρουσιν - ἐπιμέλειά γε μὴν ἥδ' ἂν ἀρκεῖν μοι δοκεῖ, εἰ ἀφέλοιμεν κτλ.*

Haec adn. Dind.: '*εἰ δὲ πρός]* his respondere illa *ἐπιμέλειά γε μήν...* animadvertit Schn. Sed longior parenthesis fecit ut adderentur particulae *γε μήν*'. Fusius disputavit Castiglioni p. 26 sqq., qui - *αὕτη .... προσφέρουσιν* - distinguendum statuit, adstipulante Gemoll. His assensus est Thiel: 'anacoluthum; propter longam parenthesin, apodosis (§ 2 *ἐπιμέλειά γε μὴν* seq.) leviter mutata est'.

Rectius Castiglioni: 'La parentesi ha cambiato la forma del pensiero e la protasi *εἰ... γένοιτο* è rimasta sospesa'.

De frequentibus ap. Xen. anacoluthis accurate disseruit Horn, *o. c.*, qui ex studio sermonis cotidiani imitandi profecta esse ea iudicans (p. 59), ad *ἀφέλειαν* ('*l'arte che tutto fa nulla si scopre*', ut cum poeta nostro loquar) rettulit. At h. l., nisi fallor, haud 'confusio duarum constructionum', sed duarum est sententiarum.

Nam cum de inquilinorum utilitate scriptor dicere coepisset, sententiarum ordine abrupto, de inquilinorum molestiis sublevandis disserit. Qua tam inculta atque abiecta oratione vix Xen. usum esse credas. Pro *εἰ δὲ* Steph. *ἔτι δὲ* scripsit; *τί δέ, εἰ* Leoncl.; pro *αὕτη γάρ*, Zeun. *αὕτη γε*, Madv. *αὕτη γ' ἄν*. Post *ἀγαθοῖς* lacunam statuit, post *ἐπιμέλεια* addidit *ἄν*, uncis inclusit *ἡ πρόσοδος* Rühl, cui suo iure oblocutus est Castiglioni.

Quid si scribimus *εἴ⟨θε⟩ δέ*? Sic, post *γένοιτο* atque *προσφέρουσιν* distincto, oratio concinna efficitur. Neque hic dicendi calor a libelli dicendi genere abhorrere vid., siquidem Hagenius (Eos II 149 sqq.) huius opusculi indolem rhetoricam oratoris potius quam Xenophontis esse propriam commentus est.

II 2. *ἐπιμέλεια γε μὴν ἤδ' ἂν ἀρκεῖν μοι δοκεῖ, εἰ ἀφέλοιμεν μὲν κτλ. — ἀφέλοιμεν δὲ καὶ τὸ συστρατεύεσθαι ὁπλίτας μετοίκους τοῖς ἀστοῖς· μέγας μὲν γὰρ ὁ κίνδυνος ἀπών, μέγα δὲ καὶ τὸ ἀπὸ τῶν τέκνων καὶ τῶν οἰκιῶν ἀπιέναι.*

ἀπών illud (AM, *ἀπόντι* C) corruptum esse fere omnes consentiunt; *αὐτῶν* em. Wesseling, Dind.; *[κίνδυνος] ὁ ἀγών* Kaibel atque, *ὁ* ante *κίνδ.* deleto, Camer., *ἀπολίδων* Bergk, *αὐτός* Hertlein, *ὁ ἐπών* Thalheim, *ἀπόντι*, cum C, March.; *ἀστῶν* olim conieci; del. Rühl, adstipul. Gemoll.

Primus traditam scripturam defendit Herzog, sic interpretatus: « Gross schlagen die Metoiken die Gefahr an, wenn sie von ihr befreit sind. » Thiel denique, *μέγας* cum Leoncl., fort. recte, mutato in *μέγα*, atque *ἀπών* servato, sic vertit: « Nam quod periculum abest, maximi momenti est, nec minoris quod professionem ac domum [*τεχνῶν... οἰκιῶν* legit] deserere non iam opus est », haec addens: « Hoc enim agit noster, ut inquilinorum vitae demat onera re vera molesta, non imaginaria, quae iis gravia demum fuisse videbuntur postquam abolita erunt ».

Xenoph. temporibus « Athenienses militiam detrectantes mercennariis plerumque usos fuisse » [Thiel] constat; at privilegium *τοῦ στρατεύεσθαι τὰς στρατείας μετὰ Ἀθηναίων* (Dittenb. I[3] 346, 56 *καὶ τὰς στρατείας στρατεύεσθαι ὅταν καὶ Ἀθηναῖοι στρατεύωνται* « i. e. nunquam fere ») his temporibus re militiae vacationem fuisse, propterea inquilinos civibus invidisse et ipsos quoque vacationem militiae poposcisse, vix Thielio concedas.

Non, enim, ut imaginario onere inquilini sublevarentur suasit Xen., qui ut pro patria cives, non inquilini, pugnarent optavit (s. 4 *καὶ κόσμος ἂν τῇ πόλει εἴη, εἰ δοκοῖεν Ἀθηναῖοι εἰς τὰς μάχας αὐτοῖς μᾶλλον πιστεύειν ἢ ἀλλοδαποῖς*).

Contra in classe inquilinos stipendia meruisse, plerosque sua sponte, recte admonuit Thiel, comm. p. 7.

Igitur inquilinos, quos fere omnes ad opificum artificumque genus pertinuisse scimus, militiae onus graviter tulisse intellegendum est, quippe quibus, praeter pugnae periculum

ipsis civibusque commune, artium professiones atque rerum domesticarum cura, pignora domusque relinquenda essent.

Suspicor autem *ΑΠΩΝ* ex *ΛΙΤΩΝ* ortum esse atque restituendum *ΟΠΛΙΤΩΝ* (*οπ-* propter *-ος* quod antec. intercidisse verisimile est).

Ἀπιέναι fort. in *ἀπεῖναι* mutandum (Cobet).

IV 13. *ἵνα δὲ καὶ σαφέστερον περὶ τῆς τροφῆς εἴπω, νῦν διηγήσομαι ὡς κατασκευασθέντα τὰ ἀργύρεια* [*ἀργύρια* codd., em. Steph.] *ὠφελιμώτατ' ἂν εἴη τῇ πόλει. ἀπ' αὐτῶν μὲν οὖν ἔγωγε ἀφ' ὧν μέλλω λέγειν οὐδέν τι ἀξιῶ θαυμάζεσθαι ὡς δυσεύρετόν τι ἐξηυρηκώς* [-ευρ- codd., em. Dind.]. *τὰ μὲν γὰρ ὧν λέξω καὶ νῦν ἔτι πάντες ὁρῶμεν, τὰ δὲ παροιχόμενα πάντων κατὰ ταὐτὰ* [*ταῦτα* A M] *αὖ* [*ἂν* M] *ἀκούομεν.*

ἀπ' αὐτῶν] *αὐτὸς* Kaibel, Rich., Thiel; sequens *ἀφ'* del. Cobet, March.

πάντων etqs.] *πάντως* Richards; *πάντες κατὰ ταὐτὰ αὖ ἀκούομεν* Schanz, Rühl, March.; *παρὰ τῶν πατέρων κατὰ ταὐτὰ ἀκηκόαμεν* Wilam.; *πάντων κατὰ ταὐτὰ ἂν ἀκούοιμεν* Steph.; *παρ' εἰδότων κατὰ ταὐτὰ ἂν ἀκούοιμεν* Castigl.; *τῶν πραγμάτων κατὰ ταὐτὰ αὖ ἀκούομεν* Aldus. Traditam scripturam servat Thiel cum Herzogio ita vertente: « von allen (die es erlebt haben) übereinstimmend ».

Locum equidem sic restituendum censeo: *ἁ π ά ν τ ω ν μὲν οὖν ἔγωγε* [*ἀφ'*] *ὧν μέλλω λέγειν κτλ.* (*ἀφ'* ex *ἀπ'* illo additum suspicor) --, *τὰ δὲ παροιχόμενα α ὐ τ ῶ ν κατὰ ταὐτὰ αὖ ἀκούομεν.*

IV 26. *καὶ τὰ νῦν δὲ γιγνόμενα πάντα μαρτυρεῖ ὅτι οὐκ ἄν ποτε πλείω ἀνδράποδα ἐκεῖ γένοιτο ἢ ὅσων* [A C M[2], *ὅσον* M] *ἂν τὰ ἔργα δεῖται.*

ὅσων ἂν-δεῖται] *ἂν* del. March., *ὅσ' ἂν-δέχηται* Wilam.; *ὅσων ἂν-δέηται* Heindorf, Rühl, Thiel; *ὅσων ἂν-δέοιτο* Richards; *ὅσων αὖ-δεῖται* Castigl.

An *ὅσων α ὐ τ ὰ* ⟨*τὰ*⟩ *ἔ ρ γ α δεῖται?* Cf. s. 40 *ἢ ὅσους α ὐ τ ὰ τ ὰ ἔ ρ γ α προσαιτοίη.* Post *αὐτὰ* scriptum *ἂν τά*, al-

terum *τά* deletum esse facilis eademque probabilis coniectura vid.

IV 35. ... *ὁπόσα ἂν ἢ οἰκοδομηθῇ ἢ ναυπηγηθῇ ἢ ἀνδράποδα ὠνηθῇ εὐθὺς ταῦτα ἐν ὠφελείᾳ ἔσται.*

Non omnia simul sua consilia exsequenda esse monens, ea breviter hic perstringit Xen. de quibus antea (*οἰκοδομεῖν* III 12, 13; *ὁλκάδας δημοσίας κτήσασθαι* III 14; *ἀνδράποδα ὠνεῖσθαι* cap. IV) fusius disputavit. Pergit autem: [36] *ἀλλὰ μὴν τῇδέ γε καὶ συμφορώτερον τὸ κατὰ μέρος ἢ τὸ ἅμα πάντα πράττεσθαι. οἰκοδομοῦντές τε γὰρ ἁθρόοι πολυτελέστερον ἂν καὶ κάκιον ἢ κατὰ μέρος ἀποτελοῖ⟨μ⟩εν· ἀνδράποδα δὲ παμπληθῆ ζητοῦντες ἀναγκαζοίμεθ' ἂν καὶ χείρω καὶ τιμιώτερα ὠνεῖσθαι.*

Mirum forsitan videatur scriptorem, si s. 35 *ἢ ναυπηγηθῇ* scripsit, s. 36 ad *ναυπηγίαν* quoque quae de *οἰκοδομίᾳ* dixit non rettulisse. Suspiceris scriptum fuisse *οἰκοδομοῦντες τε γὰρ καὶ ναυπηγοῦντες.*

Venio nunc ad crucem illam philologorum IV 43 sqq. Contendit X. *καὶ πολέμου γιγνομένου οἷόν τ' εἶναι μὴ ἐκλείπεσθαι τὰ ἀργύρεια.* Haec autem argumentatur: *εἰ οὖν καὶ ἐν μέσῳ τούτων* (sc. *τῶν τειχῶν*, quae sunt, *ἐν τῇ πρὸς μεσημβρίαν, τεῖχος ἐν Ἀναφλύστῳ —, ἐν τῇ πρὸς ἄρκτον, τεῖχος ἐν Θορικῷ,* inter se circ. LX stadia distantium) *γένοιτο ἐπὶ τῷ ὑψηλοτάτῳ Βήσης τρίτον ἔρυμα, συνήκοι τ' ἂν τὰ ἔργα εἰς ἓν ἐξ ἁπάντων τῶν τειχῶν.* — *Τὰ ἔργα* (*τὰ ἐχυρά* vel *τὰ ἐρύματα* coni. Nitsche) interpretatur '*οἱ ἐργάται*' Weisk., adstipul. Letronnio, Dind., Zurborg; improb. Thiel; 'metalla seu fodinae' Schn. Stichum excidisse suspicatur Thiel (cui oblocutus est Gemoll): *εἰς ἓν ⟨ὥστε ὀλίγους μὲν πολεμίους ῥᾴδιον εἶναι ἀπείργειν⟩ ἐξ ἁπ. τ. τ.*, ut *πλείους* quod sequitur s. 45 habeat quo referatur. Equidem *τὰ ἔργα* haec opera intellego ad tria castella munienda exstructa atque locum integrum iudico. Inter Anaphlystum et Thoricum LX stadiorum intervallo, tertio castello aedificato, fere saepto, ex trium castellorum munitionibus (*ἐξ ἁπ. τῶν τειχῶν*) continuus atque prope unus

murus fore ut efficiatur ait Xen. Nihil igitur mutandum neque iis quae coniecerunt Badham (*συγκλῄοι τ'* pro *συνήκοι τ'*) atque Deventer (*ἐκ διεχόντων* pro *ἐξ ἁπ. τῶν τειχῶν*) opus esse vid. Pergit Xen.: *καὶ εἴ τι αἰσθάνοιτο πολεμικόν, βραχὺ ἂν εἴη ἑκάστῳ εἰς τὸ ἀσφαλὲς ἀποχωρῆσαι.* [45] *εἰ δὲ καὶ ἔλθοιεν πλείους πολέμιοι, δῆλον ὅτι εἰ μὲν σῖτον ἢ οἶνον ἢ πρόβατα ἔξω εὕροιεν, ἀφέλοιντ' ἂν ταῦτα· ἀργυρίτιδος δὲ κρατήσαντες τί ἂν μᾶλλον ἢ λίθοις ἔχοιεν χρῆσθαι;*

Post *αἰσθάνοιτο* inseruit *τις* Deventer (haud necesse; attende *ἑκάστῳ* v.); pro *αἰσθάνοιτο* legendum esse *παραδύοιτο* vel tale quid opinatus est Thiel.

Πλείους, quod delet Rühl, nullo modo ferri posse recte contenderunt, praeter alios, Wilamowitz atque Castiglioni, qui peracute coniecit *ἐπὶ λείαν.*

Quae totius loci esset sententia divinasse quidem hunc iudico, qui ex illo quoque *ἀφέλοιντ'* hic de incursione praedandi causa facta mentionem fieri intellexit.

Liceat tamen mihi aliam *πλείους* v. emendationem proponere.

Sententiae enim quae sunt *εἴ τι αἰσθάνοιτο πολεμικόν κτλ.* atque *εἰ δὲ καὶ ἔλθοιεν † πλείους πολέμιοι κτλ.* inter se oppositae esse vidd., quarum altera de exspectato, altera de repentino hostium adventu mentionem fieri iudico. Quaenam autem improvisa excursio nisi hostium e navibus egressorum? Etenim 'maritimus... ille et navalis hostis', ut Ciceronis verbis (*de rep.* II 3) utar, 'ante adesse potest quam quisquam venturum esse suspicari (cf. *εἴ τι αἰσθάνοιτο*) queat'.

Praeterea hi hostes a meridiana muri parte fodinas petere potuerunt. Quamquam autem concedendum est hostes etiam post tria illa castella munita in metallorum regionem terrestri itinere penetrare potuisse, quin murus ille prope continuus aliquid valuerit, ut ii a regione metallifera arcerentur, dubitari nequit. *Εἰς τὸ ἀσφαλές* intellegendum esse vid. 'in regionem quo hostes pervenire non possint', non 'in castella' tantum; alioquin ad quid murus ille? At si hostes in terram egressi e regione quae citra murum erat fodinas

petissent, quaenam ad eos arcendos muri utilitas esse potuerit non video. Iter ad fodinas quin eis patuerit atque operis in castella tantum se recipere licuerit haud dubium. Castellis autem omnem victum absconditum esse, ut censuit Thiel, vix credas; atque *σῖτον ἢ οἶνον ἢ πρόβατα* hostium — si invenerint *ἔξω* (sc. in agris) — praedam fieri posse concedit X., metalla alicuius iis utilitatis futura esse negat.

Ergo altera illa sententia *εἰ δὲ καὶ ἔλθοιεν † πλείους κτλ.* de hostibus praedandi causa incursantibus agi cum Castiglioni intellego, at de hostibus navibus egressis. Suspicor autem legendum esse *ἔλθοιεν πλοίοις* vel *ἔλθοιεν ⟨ἐν⟩ πλοίοις* (cf. *Anab.* V 1, 10).

Sectt. denique 46-48 ad metalla hostibus terrestri itinere vix pervenire licere; sin autem metallis potiantur, haud sine eorum periculo in illa regione diu eos manere posse demonstratur.

s. 48 *εἰ δὲ καὶ ἔλθοιεν, πῶς ἂν καὶ δύναιντο μένειν μὴ ἔχοντες τὰ ἐπιτήδεια; ἐπισιτίζεσθαί γε μὴν μέρει μὲν κίνδυνος καὶ περὶ τῶν μετιόντων καὶ περὶ ὧν ἀγωνίζονται· πάντες δὲ ἀεὶ μετιόντες κτλ.*

περὶ ὧν ἀγων. (*περὶ τῶν ἀγωνιζομένων* Zurb. « sed *ὧν* neutrum est, nam post *κίνδυνος* subaudiendum *τοῖς πολεμίοις* » March.) de altera parte exercitus quae non frumentabitur dictum intellegit Schn. (*= περὶ τούτων οἳ ἀγωνίζ.*); haec autem Thiel: « ipsi, opinor, frumentatores sunt *ἀγωνιζόμενοι* illi et *περὶ ὧν ἀγ. = περὶ τούτων περὶ ὧν ἀγων.* i. e. *περὶ τῶν ἐπιτηδείων*. Vertendum igitur: periculum frumentatorum et ipsius frumenti de quo pugnandum est (Richards) ».

Immo, nisi fallor, periculum frumentatorum atque alterius, eiusdemque maioris, exercitus partis in castris relictae, pro qua (*περὶ τούτων περὶ ὧν*) periculum frumentatores adeunt. Ex frumentatorum fortuna totius exercitus salutem pendere manifestum est.

V 2. *εἰ δέ τινες οὕτω γιγνώσκουσιν, ὡς, ἐὰν ἡ πόλις εἰρήνην ἄγουσα διατελῇ, ἀδυνατωτέρα τε καὶ ἀδοξοτέρα καὶ ἧττον ὀνομαστὴ*

ἐν τῇ Ἑλλάδι ἔσται, καὶ οὗτοί γε ὡς ἐμῇ δόξῃ παραγγέλλω σκοποῦσιν. (codd.).

† ὡς ἐμῇ — σκοποῦσιν † March.; *παρά γ' ἐμοὶ παρασκοποῦσιν*, deleto *ὡς ἐ. δ.*, Haupt; *ὡς ἐμῇ δόξῃ* tuetur Thiel, coll. Soph. *Trach.* 718 *δόξῃ γοῦν ἐμῇ* et Kühner-Gerth, II 1, p. 421; *ὡς ἐμοὶ δοκεῖ* Castal., Rühl; *ὡς ἐμὴ δόξα* Zeun.

παραγγέλλω σκοποῦσιν] παραγιγνώσκουσιν Heiland, Kaibel, Rühl, Thiel; *παραλόγως* (*παρὰ τρόπον* Castal., *παρὰ μέλος* Camer., *ἀλόγως* vel *πάνυ ἀλόγως* Bake) *σκοποῦσιν* Leoncl.

Conicio: *καὶ οὗτοι γ', ὡς ἐμὴ δόξα, ⟨ἃ⟩ παραγγέλλω ⟨οὐ⟩ σκοποῦσιν*. Nisi mavis *⟨οὐ⟩ σκοποῦσιν ⟨εὖ⟩*; sequitur *εὐδαιμονέσταται*.

V 12. *γνώσεται δέ, ἣν σκοπῇ, καὶ ἐν τῷ νῦν χρόνῳ διὰ μὲν τὸν πόλεμον καὶ τῶν προσόδων πολλὰς ἐκλιπούσας* [A C, *-λειπ-* cett.] *καὶ τὰς εἰσελθούσας εἰς παντοδαπὰ πολλὰ* [*καὶ πολλὰ* C] *καταδαπανηθείσας*.

παντοδ. πολλὰ defendit Castigl., adstipul. Thiel; *παντοδαπώτατα* cit. Dind.; *πολλὰ καὶ παντοδ.* Orelli; *πολλὰ* del. Leoncl., Dind., Rühl, March.; *πολλάκις* Devent., *πάλιν* Wilamow., *ἄλλα* Rich.

Fuitne *εἰς παντοδαπὰ ὅλας*? Bellum nuper compositum aerarium exhauserat; praeterea haec declamantis esse liquet.

Atque cf. quae antecedunt: *ἐν εἰρήνῃ μὲν πάνυ πολλὰ χρήματα εἰς τὴν πόλιν ἀνενεχθέντα, ἐν πολέμῳ δὲ ταῦτα πάντα καταδαπανηθέντα.*

AD HIPPARCHICUM.

III 14. *ὅταν γε μὴν ἐν τῷ ἐπικρότῳ ἐν Ἀκαδημείᾳ ἱππεύειν δέῃ, ἔχω τάδε παραινέσαι. εἰς μὲν τὸ μὴ ἀποκρούεσθαι ἀπὸ τῶν ἵππων, ὑπτίους ἀναπεπτωκότας ἐλαύνειν, εἰς δὲ τὸ μὴ πίπτειν, τοὺς ἵππους ὑπολαμβάνειν ἐν ταῖς ἀναστροφαῖς. τὰ μέντοι ὀρθὰ ταχὺ ἐλαύνειν χρή· οὕτω γὰρ τὸ ἀσφαλὲς καὶ τὸ καλὸν θεάσεται ἡ βουλή.*

Post *πίπτειν* v. distinguit March.. Nisi fallor haec sunt

periodi commata: *εἰς μὲν τὸ μὴ ἀποκρ. ἀπὸ τῶν ἵππων | ὑπτίους ἀν. ἐλαύνειν· | εἰς δὲ τὸ μὴ πίπτειν τ. ἵππους | ὑπολ. ἐν τ. ἀναστροφαῖς·* |

De duplici, vel equitis vel equi, periculo, *REqu.* VII 16 *μικρὰ πρόφασις ἀρκέσει κεῖσθαι καὶ αὐτὸν καὶ τὸν ἵππον.*

De *ὑπολ.* v. absolute adhibito. cf. *REqu.* VII 15 (v. infra); hoc quoque loco in conversionibus equos esse retinendos docet Xen.; conversione autem facta, equos ad cursum concitandos esse (s. 17 *ἀγαθὸν οὖν τὸ στραφέντα ταχύνειν μελετᾶν).*

Secuntur, tamquam in parenth., v. *τὰ μέντοι-χρή,* in quibus *τὰ ὀρθὰ* opponuntur *ταῖς ἀναστροφαῖς.*

In omnibus decursionibus, vel in probatione s. lustratione equestri vel in hippodromo factis (III 9 sqq.) Xen. *τὸ ταχὺ ἐλαύνειν* laudat. Cur autem cautiones illae *ἐν τῷ ἐπικρ. ἐν Ἀκαδ.* adhibendae? *Ἐπικρότῳ: ἀποκρότῳ* Weisk., de declivi loco dictum intellegens. Comparandus est locus *REqu.* VII 15: *δεῖ δὲ καὶ ὑπολαμβάνειν ἐν ταῖς στροφαῖς· οὐ γὰρ ῥᾴδιον τῷ ἵππῳ οὐδ' ἀσφαλὲς ἐν τῷ τάχει ὄντα κάμπτειν ἐν μικρῷ, ἄλλως τε κἂν ἀπόκροτον [ἐπίκρ.* Leoncl.*] ἢ ὀλισθηρὸν ᾖ τὸ χωρίον.*

Verba *ἀπόκρ., ἐπίκρ.* Courier (adstipul. Dind.) esse '*à peu près*' synonyma censuit, atque dici '*d'un terrein battu*'. Quid tamen inter se differant ignoramus.

Locis quos Schn. in adn. atque Steph. in Thes. attulerunt hunc addam ex *Hippiatr. Berol.* I 377: *ἄριστος δὲ τόπος ἐστὶν εἰς τὸ ἄγειν ἐπὶ τὸ κύλισμα ὅσα μώνυχας ὁπλὰς ἔχει, ὁ ἀπόκροτος καὶ γεώδης, ὁ ὁμαλὸς καὶ μὴ λίθους ἔχων ἢ τραχώματα· ἄθετοι δὲ οἱ βαθύγειοι καὶ οἱ χορτώδεις ἢ κοπρώδεις· οὗτοι γὰρ οὐ ποιοῦσιν εὔλυτον τὸν ἵππον οὐδὲ διαφορὰν τοῦ σώματος, ὁ δὲ ἀπόκροτος καὶ στερεὸς ὠφέλιμος αὐτοῖς.*

Suspicari autem forsitan liceat *ἀπόκρ.* solum (inter *χωρία δύσιππα* numerat Poll. I 186) dictum esse quod sua ipsius natura esset durum (cf. Thuc. VII 27, Plut. *Eum.* 15, *Hipp. Berol.* l. l., quibus locis aperta camporum spatia commemorantur; ergo *REqu.* l. VI 15 quem supra attuli *ἀπόκρ.* recte se habere vid.); *ἐπίκρ.* autem de solo quod pavitum esset ut durum fieret (cf. Aristot. *h. a.* V 33 *ἐπίκροτον ποιεῖ*), ut consentaneum vid. *ἐν Ἀκαδημείᾳ* (cf. Eupol. ap. Diog. L. III 7, FCG 32 *ἐν εὐσκίοις δρόμοισιν Ἀκαδήμου;* locum descripsit Wachsmuth, *Stadt Ath.* I 255) esse factum; nihil igitur ne *Hipp.* quidem l. supra allato mutandum. Utcumque res se habet, non video cur in duro solo cautiones illae in decursionibus sint habendae, quas praecipit Xen., nisi propter loci declivitatem. Quamquam enim de hoc silet Xen., utpote qui de loco omnibus Atheniensibus noto loqueretur, declivem locum fuisse ex v. *ὑπτίους ἀναπεπτωκότας* patet. Cf. Caes. *b. G.* IV 33, 3 *in praecipiti ac declivi loco incitatos equos sustinere et brevi moderari ac flectere.*

Ὀρθὰ: ὄρθια Camer.; *ἀναστροφαῖς: στροφαῖς* Dind., coll. *REqu.* l. l. Neutra emendatio fort. necessaria. Cf. *REqu.* VIII 12 *ἀναστρέψαντα*; patet declivem locum *τοῖς ἀναστρεφομένοις* acclivem fieri (de eiusm. decurs. cf. *Anab.* IV 8, 28 *ὑποστρέψαντας πάλιν ἄνω);* eas autem *στροφάς*, de quibus *REqu.* l. l., neque per eandem viam neque in declivi fieri manifestum est (v. VIII 1). Per declivia quoque equis esse decurrendum praecipit Xen. VIII 6 *(... πολὺ ἥδιον τὸ πρανὲς τοῦ ὀρθίου δραμεῖται κτλ.); τὰ ὀρθὰ* autem tum declivia, tum, *τοῖς ἀναστρεφομένοις*, acclivia esse intellego.

Igitur haec praecepisse Xen. mihi vid.: in decursionibus quoque (ut in ceteris) *ἐν τῷ ἐπικρότῳ ἐν Ἀκαδ.* (an *⟨τῷ⟩ ἐν Ἀκαδ.?*) equites incitatis equis invehantur, ita tamen ut, ne praecipites excutiantur, in declivi resupini sedeant, ne equi concidant, eos in conversionibus sustineant et brevi moderentur ac flectant; *οὕτω γὰρ ἀσφαλές, καὶ τὸ καλὸν θεάσεται ἡ βουλή.*

Sic enim legendum suspicor, *τὸ* ante *ἀσφαλὲς* sublato.

« Après *τὸ ἀσφαλὲς* il faut suppléer *ἐν πολέμῳ;* on fera voir ainsi au Sénat la maneuvre la plus belle, qui est en même temps la plus sûre à la guerre »; haec Courier.

Καλὸν καὶ ἀσφαλὲς (*REqu.* VIII 12) decursionum exercitium esse debere consentaneum est; in contento autem cursu harum decursionum pulchritudinem inesse Xen. docet

(cf. III 9 sqq.), qua tantum ut gaudeat, quam admiretur Senatus Xen. optat *(ὥστε ἡ μὲν βουλὴ ἀεὶ τὸ ταχὺ ἐλαυνόμενον θεάσεται)*; quo minus enim cautiones in vitando periculo conspicuae, eo magis equitum, vel eorum omnium qui aliquem ludum exercent, peritia laudatur.

IV 1. *ἔν γε μὴν ταῖς πορείαις ἀεὶ δεῖ τὸν ἵππαρχον προνοεῖν ὅπως ἀναπαύῃ μὲν τῶν ἵππων τὰς ἕδρας* [sc. 'dorsi equini partem cui insidet eques'], *ἀναπαύῃ δὲ τοὺς ἱππέας τῷ βαδίζειν, μέτριον μὲν ὀχοῦντα, μέτριον δὲ πεζοποροῦντα κτλ.*

τῷ βαδίζειν Herwerden, quod recepit March. (at quomodo equites equitando lassi recreentur mox dicetur v. *πεζοποροῦντα*, quod, *τῷ βαδίζειν* accepto, superflueret); *τοῦ βαδίζειν* codd. Fuitne *τοῦ καθίζειν*? Hoc enim concinne respondeat *ταῖς ἕδραις* prioris membri; litterarum autem *κ* et *β* commutatio obvia. De *καθίζειν* v. cf. *REqu.* XII 3: *ὁ δ' αὖ θώραξ οὕτως εἰργάσθω ὡς μὴ κωλύειν μήτε καθίζειν μήτ' ἐπικύπτειν (καθίζειν, ἐγκαθίζειν* Poll. 215 ex Simone, ut vid.).

IV 17 s. *οὐδὲ τοῦτο χρὴ λανθάνειν· ἀεὶ μέντοι ⟨τῷ⟩ ἰσχυροτέρῳ τὸ ἀσθενέστερον θηρᾶν.* [18] *δυνατὸν δὲ προσέχοντι τὸν νοῦν ταῦτα καταμανθάνειν, ἐπεὶ τὰ βραχυγνωμονέστερα ἀνθρώπου θηρία οἵ τε ἴκτινοι δύνανται ὃ ἂν ἀφύλακτον ᾖ ἀφαρπάσαντες εἰς τὸ ἀσφαλὲς ἀποχωρεῖν πρὶν ληφθῆναι. καὶ οἱ λύκοι δὲ κτλ.*

οἵ τε ἴκτινοι καὶ αἱ ἀλώπεκες cit. Dind.; 'malim *καὶ ἱέρακες*, cf. Plat. *Phaed.* p. 82 a *(τὰ τῶν λύκων τι καὶ ἱεράκων καὶ ἰκτίνων γένη)*' March., qui *τε* illud subdurius ad *καὶ οἱ λύκοι δέ* referri censet. Vulpium mentionem excidisse putat Dind., quas cum milvis coniungit Artemid. IV 56 *τὰ ἁρπάζοντα φανερῶς, ὡς ἱέραξ καὶ λύκος, τὰ δὲ ἁρπάζοντα μέν, οὐ φανερῶς δέ, ὡς ἴκτινος καὶ ἀλώπηξ.* Possis et hoc et illud ferre; possis utrumque simul. At post comparationem statutam inter homines et feras, quae quidem minus quam ii ingenio et consilio valent, eos autem corporis viribus fere

vincunt, milvorum mentio frigere videatur. Neque fort. *εἰς τὸ ἀσφαλὲς ἀποχωρεῖν* in milvos (cf. Soph. fr. 767 Pearson *ἴκτινος ὡς ἔκλαγξε παρασύρας κρέας)* apte quadrare dixeris. Additamentum ex marg. in textum illatum mihi quidem haec verba sapiunt. De plurat. n. quo saepius quam apud cett. scriptores in Xen. scriptis nomina neutra excipiuntur v. quae contra Raderm. disputavit Pfoertner, p. 21 sqq. Certe hic de *θηρίοις ἃ καὶ αὐτὰ τέχνῃ ὑπ' ἀνθρώπου ἁλίσκεται* [s. 20] agitur, inter quae haud scio an milvorum mentio parum proprium locum habeat

Secuntur haec s. 18:

καὶ οἱ λύκοι δὲ τά τε ἐρημούμενα φυλακῆς ἀγρεύουσι καὶ τὰ ἐν τοῖς δυσοράτοις κλέπτουσι, κἂν μεταθέων γέ τις ἐπιγίγνηται κύων, ἐὰν μὲν ἥττων ᾖ, τούτῳ ἐπιτίθεται, ἢν δὲ κρείττων, ἀποσπάσας ὅ τι ἂν ἔχῃ, ἀποχωρεῖ. ὅταν δέ γε φυλακῆς καταφρονήσωσι λύκοι, τάξαντες ἑαυτῶν τοὺς μὲν ἀπελάσαι τὴν φυλακήν, τοὺς δὲ ἁρπάζειν, οὕτω τὰ ἐπιτήδεια πορίζονται. Duplex luporum praedandi genus hic commemoratur; alterum in locis custodia destitutis, alterum cum custodes fallere necesse sit.

In utroque (quamquam et corporis virium mentio fit cum cani insequenti sit obsistendum) res est de luporum calliditate *(σοφίᾳ*; cf. s. 20 *σοφώτεροι)* eorumque cautionibus ut praeda pro viribus potiantur.

Singul. n. *ἐπιτίθεται* al. post plur. *οἱ λύκοι-κλέπτουσι* mirus visus est Schneid.; excusavit Dind., coll. *Cyr.* V 8 (cf. Pfoertner p. 16), neglegentiae tamen scriptorem coarguens. At, mea quidem sententia, a plurali ad singularem quam aptissime transit oratio; plures enim lupi, cane *(τις... κύων)* superveniente, nullo modo cederent neque abirent. Similem structuram reperio *Cyr.* IV 1, 17 *ἐννόει δ' ὅτι καὶ αἱ σύες ἐπειδὰν ὀφθῶσι φεύγουσι, κἂν πολλαὶ ὦσι, σὺν τοῖς τέκνοις· ἐπειδὰν δέ τις αὐτῶν θηρᾷ τι τῶν τέκνων, οὐκέτι φεύγει, οὐδ' ἢν μία τύχῃ οὖσα, ἀλλ' ἵεται ἐπὶ τὸν λαμβάνειν πειρώμενον.*

In altero autem praedandi genere potissimum luporum calliditas apparet. At sententiae *ὅταν δέ γε φυλακῆς καταφρο-*

νήσωσι λύκοι interpretatio quam protulit Schn. (« ut negligentiorem vel infirmiorem custodiam hominum contempserint ») haud mihi probatur. Non, enim, de contempta negligentiore vel infirmiore custodia hic agi mihi persuadeo, at qua ratione diligentes custodes lupi fallere valeant, quo magis eorum calliditas pateat, quam ut aemulentur homines in insidiis struendis Xen. optat. Neque tamen quod in mentem venerat *φυλακὴν κατανοήσωσι* necesse habeo (hoc enim ex *καταφρ.* intellegitur), neque de v. *καταφρ.* signif. (Erotian. *gloss. Hippocr.* p. 84, 2 *κατεφρόνει· κατενόει· φρονεῖν γὰρ ἔλεγον οἱ παλαιοὶ τὸ νοεῖν κτλ.*, cf. *Etym. M.* p. 800, 43, Hesych. IV 259) ambigere audeo. Satis enim mihi *καταφρ.* v. probatur. Verum enimvero *τοῖς ἐρημουμένοις φυλακῆς* opponuntur in iis quae secc. *τὰ φυλαττόμενα* (attende *τάξαντες-ἀπελάσαι τὴν φυλακήν)*, atque quomodo lupi, quae est eorum calliditas, quamvis intentam custodiam contemnant fallantque narratur. In quo cum luporum tum imperatorum (cf. e. g. *Cyr.* I 6, 27 sqq.) versutiae quam maxime patent.

V. *λύκοι (οἱ λύκοι* Herw.) forsitan adscripserit quispiam in mg., ut pluralem n. post singularem excusaret.

V 8. *θαρροῦσι δὲ μάλιστα πολέμιοι, ὅταν τοῖς ἐναντίοις πράγματα καὶ ἀσχολίας πυνθάνωνται.*

Sic codd.; *οὔσας πυνθάν.* Cobet; *πυνθ.* ⟨*παρέχεσθαι*⟩ Weisk., ⟨*εἶναι*⟩ Leoncl.; *ὅταν* ⟨*ὄντα*⟩ Madvig, quod recepit March.; malim *πυνθάνωνται* ⟨*ὄντα*⟩.

V 9. *τούτων δὲ γεγραμμένων, μηχανᾶσθαι αὐτὸν χρὴ πρὸς τὸ παρὸν ἀεὶ ἀπατᾶν· ὄντως γὰρ οὐδὲν κερδαλεώτερον ἀπάτης ἐν πολέμῳ.*

Locum tamquam aperte vitiosum improbavit Schneid. (qui suspicatus est ' hoc fere sensu ' haec scripta fuisse: *ἔξω τῶν γεγραμμένων δέ* vel *ἔξω τούτων δὲ τῶν γεγραμμένων*); *δ' ἐντετραμμένον* Hartman, recep. Rühl; *τούτων δὲ* ⟨*χωρὶς τῶν*⟩ *γεγρ.* Thalh.; ⟨*μεμνημένον τῶν*⟩ *γεγρ.* Diels; ⟨*ἐκ*⟩ *τούτων*

⟨*τῶν*⟩ *γεγρ.* Mesk; lac. statuit Dind. Conieceram *τούτων δὲ γεγραμμένων* ⟨*μόνων*⟩; at tradita scriptura ferri posse videtur, ut fere sit: *ταῦτα μὲν γεγράφθω ἡμῖν* [cf. *REqu.* X 17]· *μηχανᾶσθαι δὲ κτλ.*, sc. ' haec scripsi; ipse autem necesse est pro re fraudes cogitet '.

Cf., de sententia, IX 1 *ταῦτα δὲ ἀναγιγνώσκειν μὲν καὶ ὀλιγάκις ἀρκεῖ, ποιεῖν [ἐννοεῖν* Madv.*] δὲ τὸ παρατυγχάνον αὐτῷ ἀεὶ δεῖ, καὶ πρὸς τὸ παριστάμενον σκοποῦντα τὸ συμφέρον ἐκπονεῖν.*

V 10. *ὁπότε γὰρ καὶ οἱ παῖδες, ὅταν παίζωσι ποσίνδα, δύνανται ἀπατᾶν προΐσχοντες ὥστε ὀλίγους τ' ἔχοντες πολλοὺς δοκεῖν ἔχειν καὶ πολλοὺς προέχοντες ὀλίγους φαίνεσθαι ἔχειν, πῶς οὐκ ἄνδρες κτλ.*

γὰρ Ribittus: *γε* codd., *δὲ* Camer.; *ποσίνδα* peracute Dind.; recepp. omnes: *ποσὶ δὲ ἃ* codd. — *προέχοντες: προΐσχοντες* Herw.: ' malim *ἔχοντες* ' March., recte. Equidem haud scio an substantivum exciderit ad quod adiectiva illa *ὀλίγους, πολλούς* referantur.

Ludum explicat Schol. ad Aristoph. *Plut.* 1057.

Ludum a Graecis *ἀρτιασμόν* appellatum pueros *ἀστραγάλοις, κυάμοις, καρύοις τε καὶ ἀμυγδάλαις* lusisse testatur Poll. IX 101, qui tamen, Dind. sententia, erravit cum addidit: *οἱ δὲ καὶ ἀργυρίῳ πράττειν ἠξίουν.* Utcumque res est, opinari licet pueros *ποσίνδα* aeque ac *ἀρτιασμόν* ludentes, non solum talis, fabis cett. usos esse, sed iis omnibus quae praesto essent; e. g. calculis nummulisque iis quibus *χαλκίνδα* ludentes utebantur.

Atque suo iure Becq de Fouquières, *Jeux des anciens*, p. 349, haec scripsit: « Jouer aux osselets et jouer avec des osselets sont deux expressions très-différentes. Il est évident qu'on pouvait jouer à pair ou impair avec des osselets, aussi bien qu'avec tout autre objet ». Quod de *ἀρτιασμῷ* dictum ad ludum quoque *ποσίνδα* referre par est. Ceterum de alio ludo haec Poll. IX 126 *τὰ δὲ πεντάλιθα, ἤτοι λιθίδια ἢ ψῆφοι πέντε ἀνερριπτοῦντο κτλ.* atque cf.

quae fusius docteque disputavit Hans Lamer, PhW. 1928, c. 571 sqq., de hoc « Fünfsteinspiel ».

Quod vocabulum, igitur, exciderit, si excidit, in incerto est.

Suspicari licet scriptum fuisse *ὀλίγους τ' ἔχοντες ⟨ὀβολοὺς⟩ πολλοὺς κτλ.*, vel potius *ὀλίγους ⟨λίθους⟩ φαίνεσθαι ἔχ.*

Quod si constaret (cf. Becq de Fouq. p. 328) Graecos talis usos esse non solum naturalibus sed etiam, saepius fort., arte factis, quos *λίγδους* nominaverint, satis rideret *ὀλίγους ⟨λίγδους⟩* conicere.

Verba - *ἔχοντες ὀλίγους φαίνεσθαι* in B exesa.

V 13. *ἱππαρχικὸν δὲ καὶ τὸ λαβόντα πεζοὺς αὐτοῖς χρῆσθαι· ἔστι δὲ πεζοὺς οὐ μόνον ἐντὸς ἀλλὰ καὶ ὄπισθεν ἱππέων ἀποκρύψασθαι. πολὺ γὰρ μείζων ὁ ἱππεὺς τοῦ πεζοῦ.*

V. *πολὺ γὰρ - πεζοῦ*, si genuina sunt, simplicitate quadam puerili Xen. scripsisse concedas; haud tamen prorsus ab eius ingenio abhorrenti.

VI 2. *εὐνοϊκῶς μὲν οὖν ἔχειν καὶ ἐκ τῶνδε εἰκὸς τοὺς ἀρχομένους, ὅταν φιλοφρόνως τε ἔχῃ πρὸς αὐτοὺς καὶ προνοῶν φαίνηται ὅπως τε σῖτον ἕξουσι καὶ ὅπως ἀσφαλῶς μὲν ἀποχωρήσουσι, πεφυλαγμένως δὲ ἀναπαύσονται. ἐν δὲ ταῖς φρουραῖς χρὴ καὶ χιλοῦ καὶ σκηνῶν καὶ ὑδάτων καὶ φυλακῶν καὶ τῶν ἄλλων ἐπιτηδείων φανερὸν εἶναι ἐπιμελόμενον κτλ.*

Manifestum vitium haerere in v. *καὶ ὑδάτων καὶ φυλακῶν* omnes consentiunt. '*Φυλακαὶ* ne peut être compté au nombre de ce qu'on nomme *τἀπιτήδεια*' Courier, qui emendavit *καὶ ὕδατος καὶ θυλάκων*. At, quod ad *ὑδάτων* v. attinet, locum similem reperio *Cyr.* V 4, 40 *καὶ ὁδῶν φραστῆρα καὶ ὑδάτων καὶ χιλοῦ καὶ σίτου*, atque cf. Plat. *resp.* 404 b. Ceterum Courerii coniectura similitudine tantum litterarum probanda videtur. Cuius enim momenti esse quis dicat hos culleos, cum equorum pabulo, cum aqua collatos? Alia sane atque ea magis his culleis ad usum necessaria legimus *Cyr.* VI 2, 33 ss.; lora, e. g., praeter omnia; cf. *Hipp.* VIII 4.

Quod animadvertisse video Madvig, qui *φρυγάνων* (recepp. Rühl, March) coniecit. At *τὰ φρύγανα* quotiens usus posceret solita esse colligi scimus.

Conieceram quidem *καὶ ὑδάτων λάκκων*, hic de aquarum cisternis (cf. Aristoph. *Eccl.* 154, Demosth. 845, 17; una cum *φρέαρ* v. memorat Alexis ap. Athen. IV 170 c) agi suspicatus atque verisimile iudicans hoc voc., Xenophonteo quidem at insolenti, librarium deceptum, ex litteris - *ΩΝ ΛΑΚΚΩΝ* conflasse *ΦΥΛΑΚΩΝ*, add. *καὶ* ut sensui obsequeretur; at fort. codd. lectio emendat. haud eget. Praeter res ad victum necessarias, iis quoque quae ad equitum incolumitatem conferrent consulendum esse ab hipparco auctor est Xen. s. 2 (*προνοῶν - ὅπως τε σῖτον ἕξουσι καὶ ὅπως ἀσφαλῶς μὲν ἀποχωρήσουσι, πεφυλαγμένως δὲ ἀναπαύσονται*). Igitur eum hic *τῶν φυλακῶν* (de quibus fusius IV 6 ss.) mentionem omisisse vix credas.

Τῶν ἄλλων ἐπιτηδείων = ceterarum rerum quae usui sunt; ea enim quae vulgo *τἀπιτήδεια* nominantur antea commemoravit Xen.

VII 5. *δεῖ δέ, ὡς ἐμοὶ δοκεῖ, καὶ αὐτὸν* [sc. *τὸν ἵππαρχον*] *προνοεῖν ἱκανὸν εἶναι. πρὸς μὲν γὰρ τὸ παρὸν στράτευμα διακινδυνεύων, ᾧ μηδὲ ὅλη ἡ πόλις θέλοι ἀντικαθίστασθαι, δῆλον ὅτι πάσχοι ἂν ὅ τι οἱ κρείττους βούλοιντο, ποιεῖν δὲ οὐδὲν ἂν ἱκανὸς εἴη.*

αὐτὸν προνοεῖν March., *αὐτὸν πονεῖν* B *πονεῖν αὐτὸν* cett., *αὐτὸν σωφρονεῖν* Christian.

Recte, procul dubio, Dindorfio, *πονεῖν* ut 'de cursu dictum contento' interpretato, non assentitur March. At *τὸ προνοεῖν*, ut mihi vid., partem *τοῦ σωφρονεῖν* esse dixeris; cf. IV 14.

S. 5 autem quae hipparci, Atheniensis quidem, dotes esse debeant perstringit Xen., quem *ἀποτετελεσμένον ἄνδρα* vult: *καὶ γὰρ φρονήσεως δεῖ πολλῆς πρὸς τοὺς πολὺ πλείους καὶ τόλμης, ὁπότε καιρὸς παραπέσοι.* Tertia virtus, et ea maxima fortasse, verbis quae secc. commemoratur: *δεῖ δέ, ὡς ἐμοὶ δοκεῖ κτλ.* Dubitanter conieceram *πο⟨λε⟩μεῖν* pro *πονεῖν*.

Πολεμικόν ['rei militaris peritum'] quidem vult Xen. Atheniensium equ. mag. VII 1, utpote cui non equestribus tantum sed pedestribus quoque hostium copiis sit obsistendum *(ᾧ γε ὑπάρχουσι μὲν ὅμοροι ἀντίπαλοι ἱππεῖς τε παραπλήσιοι τὸ πλῆθος καὶ ὁπλῖται πολλοί)*; in eo igitur rei militaris peritia inesse debet, quam non tam hipparci quam imperatoris esse dixeris. At haec quoque rei militaris peritia ad *φρόνησιν* pertinet; cf. VII 1.

Fort. nihil in tradita scriptura mutandum.

Prudentia, enim, militarisque rei scientia, audacia, laborum patientia, hae maximae imperatoris virtutes. Nihil autem aptius quam *τὸ πονεῖν* quod proprie *τῷ τολμᾶν* opponitur.

Neque quidquam accommodatius quam quae secuntur; nam in hac bellandi ratione cum prudentia atque, si detur occasio *(ὁπότε καιρὸς παραπέσοι)*, audacia opus est, tum illa - ut Ciceronis verbis utar - arduarum rerum ac difficilium voluntaria ac diuturna perpessione, cum praesertim exiguis copiis adversus multo maiores bellum sit gerendum *(πρὸς μὲν γὰρ κτλ.)* cf. IV 14, *Cyr.* I 1, 8; *Ages.* VII; *Hier.* VII 1, al. Cf. Liv. XXII 4: plurimum audaciae -- plurimum consilii -- nullo labore aut corpus fatigari aut animus vinci poterat.

Παρόν autem (*πᾶν* Cour.) vix sanum; conicio *πλέον* (s. 4 *πρὸς τοὺς πολὺ πλείους*).

Contra nihil mutandum in iis quae secc. *ᾧ μηδὲ* (*μὴ* cit. Dind.) *κτλ.*

Nam cum Xen. dixerit si hostes equestribus copiis ingentibus, pedestribusque *ὁπόσοις ἂν οἴωνται πάντας Ἀθηναίους μὴ ἱκανοὺς εἶναι μάχεσθαι* (s. 2), in Athen. fines invaserint, bonas victoriae spes esse *ἢν - ἡ πόλις πᾶσα ἐπεξίῃ ἀρήξουσα τῇ χώρᾳ*, maximum autem subiungit hipparco periculum impendere si adversus tot copias ei sit dimicandum, eoque magis cum ne hoc quidem fiat, ut universi cives ad pugnandum egrediantur solisque equitibus res sit agenda.

VII 9. *φιλοῦσι δέ πως στρατιῶται, ὅσῳ ἂν πλείους ὦσι, τοσούτῳ πλείω ἁμαρτάνειν. ἢ γὰρ ἐπὶ τὰ ἐπιτήδεια ἐπιμελείᾳ σκεδάννυνται, ἢ πορευομένων ἀταξίᾳ οἱ μὲν προέρχονται, οἱ δ' ὑπολείπονται πλέον τοῦ καιροῦ.*

Ἐπιμελείᾳ 'consulto', coll. *Cyr.* V 3, 47 Schneid.; tuetur Dind., cui tamen concinnitatis causa additum propter *ἀταξίᾳ* v. neque necessarium vid.; *ἀμελείᾳ* Brod., *ἄνευ ἐπιμελείας* Castalio, *σὺν ἀμελείᾳ* Steph., 'fort. delendum' March.

Conieceram (cf. *REqu.* I 9) *ἐπὶ πλεῖον* (ut in codd. fere legimus; *πλέον* ubique restituit March.). At fortasse fuit *ἐπί τε λείαν*, quod in ea quoque quadrat quae secuntur: *εἰ δὲ μή, ὅλη ἡ χώρα στρατόπεδον ἔσται*, quae, Schneid. quoque sententia, recte interpretatus est Weisk. 'alioquin securi per totam regionem vagabuntur abigentes praedam'.

VII 14. *ὅταν δὲ τὰ τοιαῦτα ἤδη καλῶς φυλάττωνται οἱ πολέμιοι, καλόν ἐστι σὺν θεῷ λαθόντα ἐλθεῖν εἰς τὴν πολεμίαν μεμελετηκότως οἵ [ὧ B] τε ἑκασταχοῦ καὶ ποῦ τῆς χώρας προφυλάττουσιν.*

Μεμελετηκότως οἵ] μεμεληκότα ὅσοι Leoncl. (at 'v. *μέλειν* nusquam ita usus reperitur Xen.' Schneid.), Dind.; *μεμαθηκότα πόσοι* Cobet; *μεμελετηκότα* (cum Steph.) *ὡς* . . . *πόσοι* lac. statuens post *ὡς* ('videtur excidisse *εἰδέναι* vel *σκοπεῖν*') March.; *τετηρηκότα* vel *ἐπιτετηρηκότα πόσοι* Thalh.

Scripsit quidem Xen. *Hipp.* I 25: *ἰσχυροτάτη δέ μοι δοκεῖ εἶναι παρόρμησις τῶν φυλάρχων εἰς τὸ φιλοτιμεῖσθαι — ⟨εἰ⟩ τοὺς ἀμφὶ σὲ προδρόμους κοσμήσαις μὲν ὅπλοις ὡς κάλλιστα, ἀκοντίζειν δὲ μελετᾶν (jaculandi usum sibi comparare) ἐξαναγκάσαις ὡς μάλιστα, ἡγοῖο δὲ αὐτοῖς ἐπὶ τὸ ἀκόντιον αὐτὸς εὖ μάλα μεμελετηκώς*, at nescio quomodo quis fieri possit *μεμελετηκώς* quod ad hostium regionem pertinet.

Rectius, ad sententiam, Leoncl., Schneid., Dind., Thalh. *μεμεληκότα*. Suspicor hic gravius latere vitium atque, haud scio an nimis audacter, conicio pro *μεμελετηκότως οἵ* scriptum fuisse *μὴ ἀμελοῦντ' εἰκότως ⟨πόσ⟩οι*. Hac eadem ex v. *μέλει* pendentis enuntiati structura usus est Xen. *Oec.* II 17

ὁμολογῶ μεμεληκέναι μοι οἵτινες κτλ.; cf. *Cyr.* V 5, 37). Hic autem quodammodo Xen. admonere videatur ne quis, Deorum ope nimis confisus, incaute agat.

VIII 14. *οἱ δ' ἀγαθοὶ ἵπποι καὶ ἱππεῖς δυνατοὶ καὶ ἐξ † αὐτῶν διαφεύγειν ἄλλως τε ἂν καὶ μηχανᾶταί τις τοῖς διώκουσι φόβον ἀπὸ τῶν περιττῶν ἱππέων.*

Vitiosum *ἐξ αὐτῶν* defendit Dind., spiritu tantum mutato, *ἐξ αὑτῶν* 'ipsos per se' intelligens, collato Polyb. X 40, 6; *ἐξ αὐτῶν* ⟨*χειρῶν*⟩ Weisk.; *ἐκ πάντων* Rich.; *ἐκ δυσβατῶν* Herw. Conieceram *ἐξ ἀπατῶν*, at fort. aliud latet.

Hic de improviso contra inopinantes hostes impetu agitur: s. 12 *ὅταν δὲ τοῖς πολὺ κρείττοσιν ἐπιχειρῇ καὶ προγιγνώσκῃ ὅτι ποιήσαντα ὅ τι ἂν δύνηται φευκτέον ἐστίν, εἰς τὰ τοιαῦτά φημι πολὺ κρεῖττον εἶναι ὀλίγους ἢ πάντας προσάγειν, τοὺς μέντοι ἀπειλεγμένους καὶ ἵππους καὶ ἄνδρας τοὺς κρατίστους· τοιοῦτοι γὰρ ὄντες καὶ ποιῆσαι ἄν τι καὶ ἀποχωρῆσαι ἀσφαλέστερον ἂν δύναιντο.*

S. 13 sq. autem paucorum eorumdemque lectorum equitum receptum vel fugam tutiora esse demonstrat. Equites enim cuiuscumque generis nimis conferti periculum est ne damno afficiantur cum ab hostibus insequentibus (*ἀνάγκη τοὺς μὲν ἐπὶ τῶν βραδυτάτων ἵππων ἁλίσκεσθαι*) tum propter turbam ipsam (*ὑπό γε μὴν τοῦ πλήθους, καὶ συμπίπτοιεν ἂν καὶ ἐμποδίζοντες πολλὰ ἂν ἀλλήλους κακουργοῖεν*). Ab hoc altero periculo tutos esse paucos equites liquet; de hoc igitur Xen. silet. Quod ad alterum attinet, fieri posse quispiam dixerit ut pauci ab hostibus superioribus numero opprimantur; docet autem Xen. paucos eosdemque peritos equos equitesque ex hostibus quoque (*καί*) ingruentibus facile integros evadere posse, praesertim si insequentibus alii equites metum incutiant. Ab utroque periculo igitur paucos equites tutos esse videmus. Haec loci sententia vid. Propterea vix Rich. atque Herw. coniecturas probes; neque Dind. *ἐξ αὑτῶν* fort. probandum, cum praesertim illa sequantur *ἄλλως τε ἂν κτλ.*; probabilius autem, quod ad sententiam attinet, Weiskii supplementum.

Conicio *ἐξ ἀντίων*. Vocabulum ionicum poeticumque, ut vid., Xenophonti placuisse atque ab eo pro *ἐναντίος* v. usurpatum esse scimus (Gautier, p. 169). *Ἀντίοι* = hostes, *REqu.* VIII 12: *καὶ διώκωσι μὲν μέχρι τῆς πολεμίας φάλαγγος τοὺς ἀντίους* [*ἐναντίους* Bodleianus]. Nisi mavis *ἐξ* ⟨*ἀντίων*⟩ *αὐτῶν*.

AD LIB. DE RE EQUESTRI.

I 3. *ἔπειτα οὐδὲ τοῦτο δεῖ λανθάνειν, πότερον αἱ ὁπλαί εἰσιν ὑψηλαὶ [ἢ ταπειναὶ] καὶ ἔμπροσθεν καὶ ὄπισθεν ἢ χαμηλαί. αἱ μὲν γὰρ ὑψηλαὶ πόρρω ἀπὸ τοῦ δαπέδου ἔχουσι τὴν χελιδόνα καλουμένην, αἱ δὲ ταπειναὶ ὁμοίως βαίνουσι τῷ τε ἰσχυροτάτῳ καὶ τῷ μαλακωτάτῳ τοῦ ποδός κτλ.*

[ἢ ταπειναὶ] omnes praeeunte Schneidero; *ἢ χαμηλαὶ* om. A. Haec autem animadvertenda censeo. Ungulam (*τὴν ὁπλήν*) non altam haud prorsus improbat Aps. *Hipp. Berol.* CIV 2: *οἱ τετράγωνον ἔχοντες τὴν ὁπλὴν καὶ μὴ ὑψηλήν, μέλαιναν δέ, καὶ χελιδόνα μικράν, εὔποδες.* Gravi vitio laborare equos quorum ungulae posterior pars sit depressa, manifestum est (cf. Aps. ibid. 3 *οἱ τὴν ὁπλὴν (ἔχοντες) ταπεινὴν ὀπίσω μαλακοὶ καὶ τὴν χελιδόνα πατοῦσιν*); gravissimo autem quorum tota ungula (*καὶ ἔμπροσθεν καὶ ὄπισθεν*) sit humilis, quam *χαμηλὰν* appellatam esse opinor. Apud Poll. autem (191 *ὁπλαὶ πλήρεις, σαρκώδεις, λεῖαι, ὁμαλαί· Ξενοφῶν δ' αὐτὰς χαμηλὰς καλεῖ*), *χαμηλαί* verbo vocabulum *ὁμαλαί* explicatum esse intellego.

Cum autem Xen. in iis quae secuntur (*αἱ δὲ ταπειναὶ κτλ.*) depressas ungulas iterum commemoravit, de his locutus est quae *καὶ ἔμπροσθεν καὶ ὄπισθεν* essent depressae. Quibus nixos equos optimo iure dixit solida pedum parte (sc. primore, s. ungui, *τῷ ὄνυχι* = *τῷ ἰσχυροτάτῳ τοῦ ποδός*; cf. quae dicturus sum ad IV 3) atque molliore (sc. posteriore atque interiore, *τῇ χελιδόνι, τῷ μαλακωτάτῳ τοῦ ποδός*) pariter (*ὁμοίως*) terram premere. V. *ἢ ταπειναί* deletis, haud iniuria pro *αἱ δὲ ταπειναί* Rich. coniecisse *αἱ δὲ χαμηλαί* concedas. Vix autem Xen. illud *χαμηλαί* nudum scripsit, nulla inusitati

vocabuli vel termini techn. explicatione apposita. V. *ἢ ταπειναί* denique tuetur cod. A quoque, qui *ἢ χαμ.* omittit. Haud scio igitur an genuina habenda sit lectio: *πότερον — ὑψηλαὶ ἢ (= an) ταπειναὶ καὶ ἔμπρ. καὶ ὄπισθεν ἢ (= vel) χαμηλαί.*

I 15. *περί γε μὴν τῶν κάτωθεν ἀστραγάλων ἢ κνημῶν καὶ κυνηπόδων καὶ ὁπλῶν ταὐτὰ λέγομεν ἅπερ περὶ τῶν ἔμπροσθεν.* Ita codd., edd. omnes.

Κάτωθεν (cf. Simon, fr. Cant. s. 4): *ὄπισθεν* Leoncl.; *ἢ: καὶ* Christian.

Κάτωθεν recte; nam s. 14 de posterioribus feminibus (*μηροὶ ὑπὸ τῇ οὐρᾷ* qui opponuntur *μηροῖς τοῖς ὑπὸ ταῖς ὠμοπλάταις* s. 7), de *γραμμῇ* (haec est 'linea vel cavitas' inter utramque clunem producta, idem atque *τράμις* vel *ῥαφή*), de testibus dixerat Xen.

In verbis *ἀστραγάλων ἢ κνημῶν* manifestus error deprehenditur. Neque in melius locum refinxit Christian, nam *κνημῶν καὶ ἀστραγάλων* dici debuit, cruris partium a summa (*μηροῖς*) usque ad imam (*ὁπλαί*) ordine servato. Cf. I 3 sqq. ubi, inverso ordine, Xen. memorat *ὁπλάς — τὰ ἀνωτέρω μὲν τῶν ὁπλῶν κατωτέρω δὲ τῶν κυνηπόδων ὀστᾶ — κυνήποδας — κνημῶν τὰ ὀστᾶ — γόνατα.*

Alio loco Xen. *τοὺς ἀστραγάλους* commemorat XI 3 *ὀκλάζει μὲν τὰ ὀπίσθια ἐν τοῖς ἀστραγάλοις*, ad quae Schneid.: '*ἀστραγάλους* recte nunc nominat Xen. in pedibus posterioribus'; nam posteriorum tantum pedum esse *ἀστραγάλους* admonuit Zeune, collato Aristot. *h. a.* II 1. At s. 15 quoque, distinctione post *κάτωθεν* v. posita, de posterioribus pedibus agi intellegimus. Utrum locum (s. 15 an XI 3) respexerit Pollux, qui haec tradidit 213: *παραφυλακτέον ὅτι ὁ Ξενοφῶν καὶ ἀστραγάλους λέγει τοὺς ἵππους ἔχειν κτλ.*, haud diiudicari potest.

Verum quomodo Xen. potuit *ταὐτὰ λέγειν ἅπερ περὶ τῶν ἔμπροσθεν*, cum de *ἀστραγάλοις* loqueretur?

Pro *ἢ κνημῶν* suspicari quidem possis scriptum fuisse

ἢ κυνῶν (Hesych. *κύνες, τοῦ ἵππου τῆς ὁπλῆς μέρος*; cf. *Hippiatr.* I 298, 17), quam verbi *κυνηπόδων* explicationem in textum e mg. irrepsisse aequo animo patiaris.

At ne sic quidem locus plane restitutus vid. Mentio enim *τῶν ὁπλῶν* suspicionem movet, cum Xen. *τὰς ὁπλὰς* descripserit s. 3, nulla anterioris posteriorisve corporis partis distinctione habita, s. 4 autem tantum anteriorum equi corporis partium descriptio incipiat.

Neque quidquam de posteriorum crurum inferioribus partibus in Simonis fr. Cantabr. legimus.

Suspecta igitur mihi quidem videntur verba illa *ἀστραγάλων-ὁπλῶν* in quibus *ἀστραγάλων* nihil habet in anterioribus pedibus quocum comparetur, *ἢ* (vel *καὶ*) *κνημῶν* verba non suo loco posita esse manifestum est vel additamentum sapiunt, *ὁπλῶν* mentio superfluere videtur.

Haec, nisi fallor, Xen. aliter scripsit aut non scripsit. Forsitan tamen sufficiat delere *ἀστραγάλων ἤ*.

I 16. *ὅτου* (sc. *πώλου*) *γὰρ ἂν ὦσιν αἱ κνῆμαι εὐθὺς γιγνομένου ὑψηλόταται, οὗτος μέγιστος γίγνεται. προϊόντος γὰρ τοῦ χρόνου πάντων τῶν τετραπόδων αἱ μὲν κνῆμαι εἰς μέγεθος οὐ μάλα αὔξονται, πρὸς δὲ ταύτας ὡς ἂν συμμέτρως ἔχῃ* σ υ ν α ύ ξ ε τ α ι κ α ὶ τ ὸ ἄ λ λ ο σ ῶ μ α.

Idem Aristot. *part. an.* IV 10 *τοῖς δὲ τετράποσι τὰ κάτω μέγιστα τὸ πρῶτον, προϊόντα δὲ αὔξεται ἐπὶ τὸ ἄνω κτλ.*; *h. a.* II 1 *ἔνια δὲ τὸ πρῶτον ἐλάττω τὰ ἄνω, τὰ δὲ κάτω μείζω ἔχει· αὐξανόμενα δὲ τὰ ἄνω γίνεται μείζω κτλ.*

In verbis *συναύξεται καὶ τὸ ἄ. σ.* vereor ut *καὶ* coniunctio genuina sit habenda; quam fortasse lector addidit, *πρὸς δὲ ταύτας* ex *συμμέτρως* pendere non intellecto.

I 17. *εἶδος μὲν δὴ πώλου οὕτω δοκιμάζοντες μάλιστ' ἂν ἡμῖν δοκοῦσι τυγχάνειν εὔποδος καὶ ἰσχυροῦ καὶ εὐσάρκου καὶ εὐσχήμονος καὶ εὐμεγέθους. εἰ δέ τινες αὐξανόμενοι μεταβάλλουσιν, ὅμως οὕτω θαρρῶν τις δοκιμάζοι ἄν. πολὺ γὰρ πλείονες εὔχρηστοι ἐξ αἰσχρῶν ἢ ἐκ τοιούτων αἰσχροὶ γίγνονται.*

εὔχρηστοι, ex Schn. em., Rühl, March.; *εὐχρόαστοι (-στροι* M*)* codd.; *εὔχροι* Saupp.; *εὔρωστοι* cit. Dind. Quod praestat; *εὔχρηστος* enim (cui opponitur *ἀπειθής Hipp.*I 3, cf. I 12; *REqu.* VI 11) de indole non de corpore apte dicitur neque in pullos quadrat.

Εὐχρήστους ἐξ αἰσχρῶν equos fieri posse concedo; *εὔχρηστοι* esse pulli nequeunt. Hic autem de pullorum corporis forma atque virtutibus agitur, ex quibus spes est equos, progrediente aetate, futuros esse *εὔποδας κτλ.* At ne *εὔρωστοι* quidem satis placet; male enim, ut vid., his opponuntur *οἱ αἰσχροί*, neque ad *εὐρωστίαν* tantum redeunt virtutes illae *(εὔπους, ἰσχυρός, κτλ.)*.

LacR. V 8 *εὔχροι*)(*αἰσχροί*, quod si de animalibus apte dici posse constaret, suspicari liceret legendum esse *εὐχροώτατοι (εὐχροώτεροι* legimus ap. Xen.; nusquam *-εύστερος, -ούστατος)*.

At fort. aliquod gravius hic vitium latet atque voc. illud, quod ne graecum quidem esse suo iure contendit Dind., ex pluribus litteris perperam vel scriptis vel lectis conflatum esse potest. Nimis audacter, fateor, conieci *ἐν χρό⟨νῳ⟩ ἄ⟨ρι⟩στοι*.

II 1. *πολὺ δὲ κρεῖττον τοῦ πωλοδαμνεῖν [εἶναι] τῷ μὲν νέῳ εὐεξίας τε ἐπιμελεῖσθαι τῆς ἑαυτοῦ καὶ ἱππικὴν [ἐν ᾗ] ἐπισταμένῳ ἤδη ἱππάζεσθαι μελετᾶν, τῷ δὲ πρεσβυτέρῳ κτλ.* Sic March.

πωλοδαμνεῖν A *πωλοδάμνειν* B *πωλοδάμνην* cett.; *[εἶναι]* March., praeeunte Tommasinio, pro quo verbo *εἴη ἂν* coni. HSchenkl, acute.

ἱππικὴν A, *ἱππικῆς* cett.; *ἐν ᾗ* A *ᾗ* cett.

Recte *ᾗ* includit March. 'sine dubio spurium'. At fortasse *ἐν* in *εὖ* mutandum vid.

III 11. *τὰς δέ γε τῶν χαλινώσεων καὶ ἀναβάσεων ἀποκωλύσεις* [sc. detrectactiones] *καὶ τἆλλα δὴ νεύματα πολὺ ἂν ἔτι μᾶλλον καταμάθοι τις, εἰ πεπονηκότος ἤδη τοῦ ἵππου πάλιν πειρῷτο ποιεῖν ταὐτὰ ὅσαπερ πρὶν ἄρξασθαι ἱππεύειν.*

δὴ νεύματα] δεινεύματα dett., *δινεύματα* Steph. (at optimo iure Dindorf: 'quod Steph. posuit *διν.* mire dictum foret nec dubium videtur aliud quid latere'), *δυσνεύματα* Zeun., *ἐκνεύματα* Brod., *ἀνανεύματα* Weisk.

Quamquam revera *νεῦμα* v. quod vulgo et ap. Xen. quidem illo uno loco *An.* V 8, 20, capitis nutum significat, lata v. notione potuit h. loco quemcumque intolerantis impatientisque equi gestum indicare, tamen vix adducor ut credam nudo illo verbo equi vitia indicari potuisse. Ad quae improbanda adiectivum aliquod exspectes, ut fere legas *τἆλλ' ἀηδῆ νεύματα* (cf. *Hipp.* III 5 *ἡδέα*).

Alia fort. excogitare possumus; e. g. *τἆλλα ἐλλείμματα* (cf. *REqu.* III 8 *ἐλλείπεσθαι*), vel *τἆλλ' ἀδικήματα (ἀδικεῖν*, synon. *κακουργεῖν* VI 5, de equis vitiosis dixit Xen. VI 3); at haec valde incerta.

IV 2. *ἔστι δὲ οὐ μόνον τοῦ μὴ κλέπτεσθαι ἕνεκα τὸν σῖτον ἀγαθὸς ὁ ἐχυρὸς ἱππών, ἀλλ' ὅτι καὶ ὅταν [μὴ] ἐκκομίζῃ τὸν σῖτον ὁ ἵππος φανερὸν γίγνεται. τούτου δ' ἄν τις αἰσθανόμενος γιγνώσκοι ὅτι ἢ τὸ σῶμα ὑπεραιμοῦν δεῖται θεραπείας ἢ κτλ.*

μή deleverunt edd. omnes post Dind., praeter Schneid. qui, praeeunte Weiskio, edidit *πῃ*.

At traditam scripturam tuetur Pollux 209 *ἔστι δέ τι νόσημα ἵππων κριθίασις καὶ ὑπεραίμωσις ὑπὸ πλησμονῆς, καὶ οὐκ ἐκκομίζουσι τὸν σῖτον. τότε χρὴ ὑφαιρεῖν καὶ χόρτον παραβάλλειν μόνον κτλ.*

Igitur haud scio an *ἐκκομίζειν* vocabulo, quod vulgo interpretantur 'frumentum fastidire et e praesaepi deicere' significari potuerit cibum e praesaepi cupide avideque carpere. Praesaepe autem superne exstructum, ut nunc, ex Xen. V 1 colligimus; aperte testatur auctor *Hippiatr.* (Anatol.) II 119, I 86.

Cruditate autem affectus equus, Apsyrto auctore, *ἄπεπτος γίνεται... ῥίπτει τε ἑαυτὸν καὶ διεγείρεσθαι οὐκ ἐθέλει ἀλλ' ἐσθίει κατακείμενος.* Num si equile clausum non sit cf. *ὁ ἐχυρὸς ἱππών*) equusque pabulum e praesaepi deiecerit, hoc dominum lateat?

At clausum equile voluit Xen. ne equi cibus subriperetur, scil. ut domino quantum omnino cibi equus consumeret inspicere liceret; ergo si pabulum fere intactum dominus statim in equile ingressus viderit argumento hoc ei esse possit equum aegrotare. Quod si equile haud communitum esset, cibum a crudo equo relictum subripi posse intellegimus.

IV 2. *ἔστι δὲ ὥσπερ ἀνθρώπῳ, οὕτω καὶ ἵππῳ ἀρχόμενα πάντα εὐιατότερα ἢ ἐπειδὰν ἐνσκιρωθῇ τε καὶ ἐξαμαρτηθῇ τὰ νοσήματα.*

ἐξαμαρτηθῇ: 'haud scio an vitiosum sit' Schneid.; improbavit Cobet; *ἐξαργηθῇ* Naber, Mnem., 1912, p. 213. Constat autem huius v. aor. pass. rarum esse. Recte dictum vid. Dindorfio 'de morbis auctis neglectu aut male curatis'. Verum, si verbi vim quaerimus, de morbis male curatis tantum hoc dici posse confiteamur necesse est, cum contra hoc loco principiis obstandum esse Xen. admoneat; atque fortasse dicendum fuit praepostero ordine *ἐξαμ. τε καὶ ἐνσκιρ.* *Ἀκμαίους* morbos curandos esse trita est sententia, sc. antequam in vetustatem incidant eorumque acutorum propriae notae decursu temporis attenuentur. Praeterea *ἐπειδάν* male ad v. *ἐξαμαρτηθῇ* referri vid.

Fuitne *ἐξαμαυρωθῇ*? ('*simulata sanitate subsidunt*', de morbis adhuc latentibus Seneca, *ep.* LVI 10). Vocabulum artis medicae haud Xen. dedecere forsitan videatur, qui, certe, simplici hanc notionem tribuit. Ceterum tritum illud *ὁ χρόνος πάντα ἀμαυροῖ* in morbos quoque quodammodo quadrat.

IV 3. *τὰ μὲν τοίνυν ὑγρά τε καὶ λεῖα τῶν σταθμῶν λυμαίνεται καὶ ταῖς εὐφυέσιν ὁπλαῖς· τὰ δέ, ὡς μὲν μὴ ὑγρὰ εἶναι, ἀπόρρυτα, ὡς δὲ μὴ λεῖα, λίθους ἔχοντα κατορωρυγμένους, προσαλλήλους, παραπλησίους ὁπλαῖς τὸ μέγεθος ... τὰ γὰρ τοιαῦτα σταθμὰ... καὶ ἐφεστηκότων ἅμα στερεοῖ τοὺς πόδας.*

Lacunam post *σταθμά* statuit Schneid., sed Pollucis testimonium (200 *εἰ δὲ καὶ ἐν τῷ σταθμῷ καταβάλλοι λίθους μναιαίους, ἀμφιδόχμους, περιχειλώσας σιδήρῳ, ὡς Ξενοφῶν ἔφη, τούτῳ τῷ ἔθει τῷ πρὸς αὐτοὺς στερεοῖ καὶ κρατύνει τοῦ ἵππου τοὺς πόδας)* ex quo coniecturam duxit olim ap. Xen. fuisse scriptum *ἵππων τῶν ἐφεστηκότων στερεοῖ τὰς ὁπλὰς καὶ ἅμα κρατύνει τοὺς πόδας*, alio spectat (sc. ad IV 4, ubi *ὁ ἔξω σταθμός* describitur).

Praeterea Pollux scripsit *στερεοῖ καὶ κρατύνει ... τοὺς πόδας*, neque erat cur Pollux, pedum mentione facta, ungulas commemoraret aut ex contrario Xen. Qui in fine huius cap. (s. 5), ubi quae fusius exposuit paucis verbis perstringit, de *ὁπλῇ* tantum loquitur *(ὡς δὲ περὶ τῶν ὁπλῶν κτλ.)*, his praemissis: *καὶ τὰς χελιδόνας δὲ τῶν ποδῶν οἱ οὕτω κεχυμένοι λίθοι στερεοῦσιν.* Cuius *ὁπλῆς* partes hae sunt (cf. quae dixi ad I 3 atque ad Simonem): *ὄνυξ* (apte quidem Virgilius, *Georg.* III 88: solido graviter sonat ungula *[ὁπλή]* cornu *[ὄνυχι]* - *χελιδών* - *τὸ κοῖλον τῆς ὁπλῆς* [1].

Τὰ γάρ in *ἄριστα* mutavit Diels; *τά γε* scripsit Christian: post *σταθμά* excidisse *στερεά*, post *μέγεθος* (quo loco lac. stat. Tommasini), *βέλτιστα* vel *ἄριστα* suspicatus est Marchant. Equidem post *σταθμά* excidisse iudico mentionem de huiusmodi stabulorum salubritate (ut, e. g., *ἀσινῆ*, cf. V 1, vel *ἄμεμπτα*, cf. VIII 10), quippe quae essent *ἀπόρρυτα*, enuntiatum autem *καὶ ἐφεστηκότων κτλ.* ad *λίθους ἔχοντα κτλ.* tantum referri. At cum vix credas in utroque enuntiato *(τὰ μὲν τοίνυν κτλ., τὰ γὰρ τοιαῦτα κτλ.)* nuda adiectiva, nescio quo fato, interiisse, plura post *σταθμά* excidisse adducor ut suspicer, quam quae cuiusquam minerva suppleri possint. Post *μέγεθος* autem fort. excidit *ἀγαθά* (cf. III 6, IV 2).

V 6 ss. *καὶ τὸ προκόμιον δὲ χρὴ βρέχειν κτλ. καὶ τοὺς θεοὺς δὲ οἴεσθαι χρὴ δεδωκέναι ταύτας τὰς τρίχας ἵππῳ ἀντὶ τῶν μεγάλων ὤτων ἃ ὄνοις τε καὶ ἡμιόνοις ἔδοσαν ἀλεξητήρια*

---

[1] Hanc *κοιλότητα* posterioribus aetatibus *κύλικα* appellatam esse suspicor; Anatolius (*Hippiatr.* II 121): *ὄνυχας στερεοὺς καὶ στεφάνην μὴ προπετῆ, κύλικα μικρόν*, ad quod v. ODER-HOPPE adnotaverunt '*κύλικα quid?*'.

πρὸ τῶν ὀμμάτων. [7] *καὶ οὐρὰν δὲ καὶ χαίτην πλύνειν χρή, ἐπείπερ αὔξειν δεῖ τὰς τρίχας κτλ.* [8] *δέδοται δὲ παρὰ θεῶν καὶ ἀγλαΐας ἕνεκεν ἵππῳ χαίτη καὶ προκόμιόν τε καὶ οὐρά. τεκμήριον δέ· αἱ γὰρ ἀγελαῖαι τῶν ἵππων οὐχ ὁμοίως ὑπομένουσι τοὺς ὄνους ἐπὶ τῇ ὀχείᾳ ἕως ἂν κομῶσιν κτλ.*

καὶ προκόμιον δὲ καὶ οὐρά, distinctione post *χαίτη* posita, Weisk., quod recepit March.

Equidem *καὶ οὐρά* delenda censeo, ex antecedd. perperam hoc loco addita. Quod probatur narratiuncula quae sequitur de equis *ἀποκειρομέναις,* quae asinum fastidiunt *ἕως ἂν κομῶσιν* (cf. Soph., *Tyro* fr. 659 Pearson, Aelian. *h. a.* XI 18, cett.) atque Pollucis verbis 217: *ἀγλαΐα γὰρ χαίτη τοῖς ἵπποις.*

Ἀγλαΐας ἕνεκεν autem Homeream locutionem esse (ρ 310 *ἀγλαΐης δ' ἕνεκεν*) animadvertit Steph. (v. Gautier, p. 99); Xen. autem, cum haec scripsit, locum illum (*Z* 510 sqq. = O 267 sqq.) mihi respexisse videtur *ἀμφὶ δὲ χαῖται ὤμοις ἀΐσσονται· ὁ δ' ἀγλαΐηφι πεποιθώς κτλ.*

In iis quae antec., v. *τε καὶ ἡμιόνοις* fort. delenda; om. A.

V 9. *τήν γε μὴν τῶν σκελῶν κατάπλυσιν ἀφαιροῦμεν· ὠφελεῖ μὲν γὰρ οὐδέν, βλάπτει δὲ τὰς ὁπλὰς ἡ καθ' ἑκάστην ἡμέραν βρέξις.*

Ex illis *ἡ καθ' ἑκ. ἡμ.* patet Xen. nimiam crurum humectationem improbasse. Fort. *τήν γε μὴν ⟨ἄγαν⟩* (vel *λίαν*) vel *⟨ἄγαν⟩ κατάπλυσιν* scripsit.

Cfr. in iis quae secuntur: *καὶ τὴν ὑπὸ γαστέρα δὲ ἄγαν κάθαρσιν μειοῦν χρή κτλ.*

V 10 ss. *ἀρκεῖ δὲ καὶ ἡ τῶν σκελῶν ψῆξις αὐταῖς ταῖς χερσὶ γιγνομένη.* [VI 1] *Δηλώσομεν δὲ καὶ τοῦτο ὡς ἂν ἀβλαβέστατα μέν τις ἑαυτῷ, τῷ δ' ἵππῳ ὠφελιμώτατα ψήχοι. ἢν μὲν γὰρ εἰς τὸ αὐτὸ βλέπων τῷ ἵππῳ καθαίρῃ, κίνδυνος καὶ τῷ γόνατι καὶ τῇ ὁπλῇ εἰς τὸ πρόσωπον πληγῆναι·* [2] *ἢν δὲ ἀντία τῷ ἵππῳ ὁρῶν καὶ ἔξω τοῦ σκέλους, ὅταν καθαίρῃ, κατὰ τὴν ὠμοπλάτην καθίζων ἀποτρίβῃ, οὕτω πάθοι μὲν ἂν οὐδέν, δύναιτο δ' ἂν καὶ τὴν χελιδόνα τοῦ ἵππου θεραπεύειν ἀναπτύσσων τὴν ὁπλήν. ὡς δ' αὔτως καὶ τὰ ὄπισθεν σκέλη καθαιρέτω.*

Haec haud satis adhuc explanata esse vidd. Cum Xenophonteis haec Pollucis comparari solent (202): *ἐπεὶ* [*ἐπὶ* codd. Bethe] *δὲ ψηχόμενον τὸν ἵππον ἀνάγκη χρῆσθαι ταῖς ὁπλαῖς τοὺς μὲν πρόσθεν πόδας ψήχων*[1] *κατόπιν προελθὼν βλεπέτω ἵνα περ καὶ ὁ ἵππος, ὡς μηδὲ βουλόμενος αὐτὸν κρούειν δύνηται· ἐπὶ δὲ τοὺς κατόπιν μετιών, ἀντιμεταστρέψας ἑαυτὸν βλεπέτω ἀντία τοῖς ποσὶν οὓς καθαίρει, τρέψας τὸ πρόσωπον, ἵνα ὁ ἵππος παύηται.*

Inde a VI 1 ad anteriorum pedum purgationem orationem pertinere Schneid. admonuit; vereor ut recte. Polluce autem collato, *ὠφελιμώτατα ⟨τὰ πρόσθεν⟩ ψήχοι* edidit March. At hic de crurum tantum purgatione agi ex his quae secuntur (*κίνδυνος καὶ τῷ γόνατι καὶ τῇ ὁπλῇ εἰς τὸ πρόσωπον πληγῆναι*) manifestum est; s. 2 autem dicitur hoc modo pedum quoque (*καὶ τὴν χελ.*) purgationem facilem esse, sc. praeter crurum detersionem. Verba denique 1. 2 *τοῦ σκέλους* et *καὶ τὰ ὄπισθεν σκέλη* omnem dubitationem eximere mihi videntur. Scribendum igitur censeo *ὠφελιμώτατα ⟨ταῦτα⟩ ψήχοι,* scl. *τὰ σκέλη,* de quibus postremis c. V verbis agitur: *ἀρκεῖ δὲ καὶ ἡ τῶν σκελῶν ψῆξις αὐταῖς ταῖς χερσὶ γιγνομένη.* Quae *ψῆξις* quomodo innoxia fiat VI 1 sqq. explicatur. In priore autem sect. parte de anterioribus cruribus agi docet mentio *τῆς ὠμοπλάτης,* inde, in iis quae secuntur, *καὶ τὰ ὄπισθεν.* Contra, Pollucis loco supra allato de pedum tantum curatione agitur, ita ut iam ex hoc Pollucem alio auctore in his usum esse suspicari liceat.

Quin etiam Poll. sententiam Xenophonteae prorsus contrariam esse recte animadvertit Jacobs. Hoc loco autem Pollucem Xen. libellum non excerpsisse cum ex aliis patet tum ex eo quod ap. Xen. crurum anteriorum posteriorumque destrictio eodem modo fieri dicitur, quod contra fit, de pedibus, a Polluce, Simonem praeter dubium secuto.

[1] Satis inepte *τοὺς πόδας ψήχειν* dici pro *τ. π. καθαίρειν* animadverto (alIud est *τὰ σκέλη ψήχειν*); *καθαίρειν* quidem semper Xen. de pedibus loquens vel *θεραπεύειν.* Et cf. Poll. 199.

Pro *καθίζων* [VI 2] suspicatus est Schneid. scribendum esse *κατιών* ex Poll. 202 *(ὁπόταν δὲ ψήχῃ τὸν ἵππον, ἐκ μὲν τῆς κεφαλῆς αὐτῷ ἀρκτέον, ἵνα τῶν ἄνωθεν καθαρθέντων ἐπικατίῃ τοῖς ὑπ' αὐτά)*; at Poll. verba Xen. V 5 respiciunt: *ἐπειδὰν δὲ ψήχῃ, ἄρχεσθαι μὲν ἐκ τῆς κεφαλῆς κτλ.*

Igitur uterque scriptor suam sibi sententiam vindicat, neque quidquam mutandum.

At in verbis *ἣν δὲ ἀντία τῷ ἵππῳ ὁρῶν καὶ ἔξω τοῦ σκέλους, ὅταν καθαίρῃ,... ἀποτρίβῃ*, quid sibi velint v. *ὅταν καθαίρῃ* haud intellego, cum toto hoc loco de nulla alia re nisi de crurum detersione agatur. Repono *ὃ ἂν καθαίρῃ*, et cf. Poll. 202 *τοῖς ποσίν, οὓς καθαίρει*. Contra in *Hipp.* II 8 pro *ὅταν* (quod restituit Dind.) est in codd. *οἷ ἄν*. *Κατὰ τὴν ὠμοπλάτην καθίζων*: *κατά* recte vertit 'contra' Dind.; *καθίζων*, nisi fallor, est 'incurvari', ut Plat. *Phaedr.* 254 b.

VI 3. *ἐκ πλαγίου δ' ἂν τις προσιὼν ἀβλαβέστατα μὲν ἑαυτῷ, πλεῖστα δ' ἂν ἵππῳ δύναιτο χρῆσθαι.*
πλεῖστα vix genuinum; *κάλλιστα* Herw., *λῷστα* Madvig, *ῥᾷστα* vel *ἥδιστα* Richards.
Equidem *πΛΕΙCΤΑ* ex *ΑΡΙCΤΑ* ortum suspicor (*π* ex *ω* praec. voc.).

VI 7 s. *ἵνα δὲ ὁ ἱπποκόμος καὶ τὸν χαλινὸν ὀρθῶς ἐμβάλῃ, πρῶτον μὲν προσίτω κατὰ τὰ ἀριστερὰ τοῦ ἵππου· ἔπειτα τὰς μὲν ἡνίας περιβαλὼν περὶ τὴν κεφαλὴν καθέτω ἐπὶ τῇ ἀκρωμίᾳ, τὴν δὲ κορυφαίαν τῇ δεξιᾷ αἱρέτω, τὸ δὲ στόμιον τῇ ἀριστερᾷ προσφερέτω.* [8] *κἂν μὲν δέχηται, δῆλον ὅτι περιτιθέναι δεῖ τὸν κεκρύφαλον· ἐὰν δὲ μὴ ὑποχάσκῃ, ἔχοντα δεῖ πρὸς τοῖς ὀδοῦσι τὸν χαλινόν, τὸν μέγαν δάκτυλον τῆς ἀριστερᾶς χειρὸς εἴσω τῆς γνάθου τῷ ἵππῳ ποιῆσαι· οἱ γὰρ πολλοὶ τούτου γιγνομένου χαλῶσι τὸ στόμα· ἣν δὲ μηδ' οὕτω δέχηται, πιεσάτω τὸ χεῖλος περὶ τῷ κυνόδοντι. καὶ πάνυ τινὲς ὀλίγοι οὐ δέχονται τοῦτο πάσχοντες.*

Eodem prorsus modo hodie quoque fit freni iniectio. Quod nisi equus accipiat, pollice digito eius inferiorem gingivam ('*barra*'; v. quae scripsi BFCl. 1930, 21) premimus, ut hiet.

Legendum itaque censeo *πιέσαι* pro *ποιῆσαι*, manifesto ex itacismo errore.

VI 11. *ἣν δὲ μὴ μόνον ὅταν πονεῖν μέλλῃ χαλινῶται, ἀλλὰ καὶ ὅταν ἐπὶ τὸν σῖτον καὶ ὅταν ἐξ ἱππασίας εἰς οἶκον ἀπάγηται, οὐδὲν ἂν εἴη θαυμαστὸν εἰ* (sc. *ὁ ἵππος*) *ἁρπάζοι τὸν χαλινὸν αὐτόματος προτεινόμενον.*

Quo libentius equus, *ὅταν πονεῖν μέλλῃ*, frenum accipiat, ei id iniciendum esse monet Xen., cum eo quoque adducatur quo libenter equus it (ad pabulum) et unde domum redit. At equo *ἐξ ἱππασίας* domum redeunti haud intellego quomodo frenum iniciendum esse dici potuerit.

Ἱππασία v., enim, vel decursiones significat (I 10, 14, III 4, cett.), in quibus equum sine freno numquam actum esse liquet, vel decurrendi locum (VII 19) in quo *πονεῖν ἀναγκάζεται ὁ ἵππος*. Neque credibile est decursionibus peractis frenum equo detractum atque statim rursus ei, domum redituro, iniectum esse.

Aliquantum quietis, post decursiones, in ipso decurrendi loco, equo concessum esse ut se volutaret (cf. *Oec.* XI 18 *ὁ παῖς ἐξαλίσας τὸν ἵππον οἴκαδε ἐπάγει*) parum probabile est; volutabrum enim haud longe a stabulo abesse docet *REqu.* V 3 *τὸν κημὸν περιτιθέναι τῷ ἵππῳ καὶ ὅταν ἐπὶ ψῆξιν* (sc. *εἰς τὸν ἔξω σταθμόν* IV 4) *καὶ ὅταν ἐπὶ καλίστραν ἐξάγῃ*.

Exspectes frenum iniciendum esse dici equo ad pabulum eunti atque ex pabulo domum redeunti. Idcirco v. *ἐξ ἱππασίας* vel delenda vel corrigenda. Fuitne *ὀπίσω*? (Pind. *Nem.* III 59 *ὀπίσω πάλιν οἴκαδε*, Herod. I 111 *ᾔε τὴν αὐτὴν ὀπίσω ὁδόν*); *ἐξ* fort. addito, post perperam lectum *ἱππασίας*.

Ἐξοπίσω autem, quod nusquam ap. Xen. reperitur, proponere non audeo; quamquam legimus semel dicta *ἐξόπισθεν* in *Cyr.* libro illo septimo (1, 24), quem eadem fere aet. atque *REqu.* conscriptum esse satis probabile est, atque *κατόπιν* *Cyr.* I 4, 21, Simoneum verbum.

VIII 3 s. *τὸν* (equum) *μὲν γὰρ παντάπασιν ἄπειρον τοῦ διαπηδᾶν λαβόντα δεῖ τοῦ ἀγωγέως καταβεβλημένου* [Steph.; *-ον* codd.] *προδιαβῆναι αὐτὸν τὴν τάφρον, ἔπειτα δὲ ἐντείνειν δεῖ τῷ ἀγωγεῖ ὡς διάλληται. ἢν δὲ μὴ ἐθέλῃ, ἔχων τις μάστιγα ἢ ῥάβδον ἐμβαλέτω ὡς ἰσχυρότατα. καὶ οὕτως ὑπεραλεῖται κτλ.*

καταβεβλημένου: 'lorum terram deiectum, nec intentum' Schn.

ἐντείνειν- διάλληται, 'i. e. intento loro ictum dare equo atque ita cogere transilire' Schn., Dind.

Haec ut vid. est loci sententia: eques fossam pedibus prior transilit, loro (inverso, sc., demissoque ex anteriore equi oris parte; hoc est *καταβεβλ.*) equo usque ad fossae marginem post se tracto; cum autem ipse transiluerit, intento loro equum ad se trahit ut fossam saltu traiciat.

VIII 9. *ὀρθῶς δ' ἔχει καὶ τὸ ἄλλοτε μὲν ἐν ἄλλοις τόποις, ἄλλοτε δὲ μακράς, ἄλλοτε δὲ βραχείας τὰς ἱππασίας ποιεῖσθαι. ἀμισέστερα γὰρ καὶ ταῦτα τῷ ἵππῳ τοῦ ἀεὶ ἐν τοῖς αὐτοῖς τόποις καὶ ὁμοίας [A B, ὁμοίως* cett.*] τὰς ἱππασίας ποιεῖσθαι.*

Satis pie locum respexit Pollux 206, iis tamen omissis quae sunt de decursionibus: *εἰ δὲ καὶ τὰ χωρία ὑπαλλάττοι τις ἐν χάριτι μᾶλλόν ἐστι τῷ ἵππῳ· ἀμισέστερα γὰρ αὐτῷ τὰ καινὰ χωρία κτλ.*

Fuitne *καινὰ* ap. Xen. illud quod exstat *καί* post *γάρ*?

VIII 10. ...*ὁ δὲ διώκῃ ἐσφαιρωμένα τε ἔχων ἀκόντια καὶ δόρυ ὡσαύτως πεπραγματευμένον, καὶ ὅπου μὲν ἂν εἰς ἀκόντιον ἀφικνῆται ἀκοντίζῃ τὸν φεύγοντα τοῖς σφαιρωτοῖς, ὅπου δ' ἂν εἰς δόρατος πληγήν, τῷ δόρατι παίῃ τὸν ἁλισκόμενον.*

Cf. Poll. 213: *ἐὰν μελετᾷς ἀφ' ἵππου τὰ στρατιωτικὰ ἀνθιππεύων ἑτέροις, ἀκοντίοις ἐσφαιρωμένοις κέχρησο καὶ δόρατι ὁμοίως πεπραγματευμένῳ σφαιρωτῷ, ὥστε εἶναι τὴν πληγὴν ἀσινῆ.*

Satis inepte *σφαιρωτῷ* illud, si genuinum est, post *πεπραγμ.* de suo grammaticus addidit.

Ap. Xen. autem fort. post *σφαιρωτοῖς* excidisse *ἀκοντίοις* suspicari possis. Nimiam eiusdem vocabuli iterationem haud cavisse Xen. scimus.

VIII 10 s. *ὅπου δὲ ταῦτα* [sc. *τὰ θηρία*] *μὴ ὑπάρχει, ἀγαθὴ ἄσκησις καὶ ἢν δύο ἱππότα συνθεμένω ὁ μὲν φεύγῃ.... ὁ δὲ διώκῃ...* [11] *ἀγαθὸν δὲ κἂν ποτε συμπέσωσιν, ἑλκύσαντα ἐφ' ἑαυτὸν τὸν πολέμιον* [*πόλεμον* B] *ἐξαίφνης ἀπῶσαι· τοῦτο γὰρ καταβλητικόν.*

Hinc Poll. 210, praeter alia: *καλὸν δὲ λαβόμενον τοῦ ἀντιπάλου καὶ ἑλκύσαντα ἐφ' ἑαυτὸν ἄφνω ἀφεῖναι· τὸ γὰρ τοιοῦτον καταβλητικόν.*

Legitne ap. Xen. *τὸν ἀντίπαλον?*

Cum meditationis equestris tantum causa hi equites inter se congrediantur 'belli simulacra cientes', vereor ut artem armorum ludicram exercentes apte inter se *πολέμιοι* dicantur.

De v. *πολέμιος* atque *ἀντίπαλος* ap. Xen. usu plura Müller, *quaestt. Xen.*, p. 68, at de hostibus loquens.

IX 4. *ὅ τι δ' ἂν ἐξαίφνης σημήνῃ, θυμοειδῆ ἵππον ὥσπερ ἄνθρωπον ταράττει τὰ ἐξαπίναια καὶ ὁράματα καὶ ἀκούσμαται καὶ παθήματα. εἰδέναι δὲ χρὴ ὅτι καὶ ἐν ἵππῳ τὰ ἐξαπίναια τάραχον ἐξεργάζεται.*

δὲ ante *χρὴ* om. A, *δὴ* Cour., *οὖν* Leoncl.; *καὶ ἐν* Tommasini: *καὶ* A *ἐν* cett.

Traditam scripturam vix toleres, qua servata postremum enunt. *εἰδέναι-ἐξεργάζεται* superfluere vid., ita ut haud prorsus iniuria tamquam additamentum id Cobet deleverit. Alia alii, ut sententiam concinnam efficerent: *τὰ ἐξαπίναια* alterum del. Herwerd.; *ἐν ⟨σταθμῷ τῷ⟩ ἵππῳ* Diels; *τὰ ἐξαπ. ⟨τοιαῦτα⟩ τάρ.* Pollack; *ἐν ⟨παντὶ⟩* Weisk. Neque in iis quae antecedunt satis acquiescere possumus. Peracute quidem *ταράττει* ante *ὥσπερ* transtulit Hertlein; at ne sic quidem enuntiati illius *εἰδέναι δὲ χρὴ κτλ.* oratio apta evadit.

Equidem cod. A script. nisus, qui *δέ* omittit, hoc enunt. cum anteced. coniungendum censeo, atque sic totam senten-

tiam refingendam suspicor: *ὅ τι δ' ἂν ἐξαίφνης σημήνῃ, ⟨ἔμηνε⟩ θυμοειδῆ ἵππον· ὥσπερ ⟨γὰρ⟩ ἄνθρωπον ταράττει τὰ ἐξαπίναια καὶ ὁρ. καὶ ἀκ. καὶ παθήματα, εἰδέναι χρὴ ὅτι καὶ ἐν ἵππῳ τὰ ἐξαπ. τάραχον ἐξεργάζεται.*

Ἔμηνε (ut *Hell.* III 4, 8, ubi *ἔδακνε* Uebelen), vel *ἀνιᾷ* (cf. s. 2 *ἵππον θυμοειδῆ ὁ μὴ ἀνιῶν ἥκιστ' ἂν ἐξοργίζοι*).

Quod ad formulae *εἰδέναι χρή* vel sim. collocat. cf. *REqu.* VII 16, XI 7, cet.

IX 6. *καὶ αἵ τε μακραὶ ἐλάσεις μᾶλλον ἢ αἱ πυκναὶ ἀποστροφαὶ πραΰνουσι τοὺς ἵππους, καὶ αἱ ἡσυχαῖαι μὲν πολὺν δὲ χρόνον καθέψουσι καὶ πραΰνουσι καὶ οὐκ ἀνεγείρουσι τὸν θυμοειδῆ.*

Sic A; *πολὺν χρόνον* cett. *Πολυχρόνιοι δὲ* Madvig, quod recc. Rühl, March., *καθέξουσι* Cour.; post *χρόνον* add. *γιγνόμεναι* vel *ἐκτεινόμεναι* Weisk.; *καταψῶσι* C Gesner, Steph. '*καὶ πραΰνουσι* fort. delendum' March.

Καθέψειν de coctione interpretatus est Schn. 'quae fit sensim incalescente equo ex longiore cursu'; quod an sic dici posset minime ita certum esse ut Schn. putaverat adfirmavit Dind., qui Gesneri *καταψῶσιν* recepit, Polyb. collato II 13, 6 *καταψήσαντες καὶ πραΰναντες*.

At *καθέψειν* (i. e. velut igni sensim mitigare) nihil habet quod improbes.

Haud scio, tamen, an scribendum sit *καθέψουσαι*, cod. A scriptura *πολὺν δὲ χρόνον* servata.

X 1 s. *ἢν δέ τίς ποτε βουληθῇ χρῆσθαι τῷ χρησίμῳ εἰς πόλεμον ἵππῳ ὡς μεγαλοπρεπεστέρῳ τε καὶ περιβλεπτοτέρῳ ἱππάζεσθαι, τοῦ μὲν ἕλκειν τε τὸ στόμα τῷ χαλινῷ καὶ μυωπίζειν τε καὶ μαστιγοῦν τὸν ἵππον... ἀπέχεσθαι δεῖ. πάντα γὰρ τἀναντία οὗτοί γε ποιοῦσιν ὧν βούλονται. τά τε γὰρ στόματα ἕλκοντες ἄνω, ἀντὶ τοῦ προορᾶν ἐκτυφλοῦσι τοὺς ἵππους καὶ μυωπίζοντες καὶ παίοντες ἐκπλήττουσιν, ὡς τεταράχθαι καὶ κινδυνεύειν.*

τὰ-στόματα Leoncl.; *τὰ-σχήματα* codd.; *τὸ-στόμα* Schneid. (at de equis pl. n. hoc altero membro agitur). *Ἕλκειν τὸ στόμα τῷ χαλ.* (frenum violenter retrahendo) aliud est atque *ἀνακρούειν τὸ στόμα* X 12 vel *ἀνακρούειν τῷ χαλινῷ* XI 3. — *προορᾶν*: *προορμᾶν* Cobet, *προορᾶν ⟨ἐᾶν⟩* Pollack. Traditam scripturam def. Dind. qui, *Hell.* I 7, 33 coll., *ἀντὶ τ. πρ.* breviter dictum pro *ἀντὶ τ. πρ. ποιεῖν* intellegit, haec addens: 'ipsum autem *προορᾶν* satis tuetur contrarium *ἐκτυφλοῦσι*'.

Ait Xen.: *πάντα... τἀναντία οὗτοί γε ποιοῦσιν ὧν βούλονται.* Quid autem cupiunt? Num *τοὺς ἵππους προορᾶν ποιεῖν?* Immo hi, equum calcaribus instigantes et flagris caedentes eiusque os freno convellentes, eum incitare cupiunt, ut *μεγαλοπρεπῶς καὶ περιβλέπτως* incedat (cf. X 12, XI 3); sic enim *λαμπρύνειν οἴονται.*

At contra evenit; nam etqs. Ergo *ἀντί* illud nullo modo ferri posse vid. Praeterea *ἐκτυφλοῦσι* v., sic nudum adhibitum, vix toleres; equus enim, qui freni vi cogitur ut caput erigat, a n t e s e v i d e n d i tantum facultate privatur. Igitur *ἀντί* vel ex dittogr. *(ἄνω ἀντὶ)* ortum, vel a quopiam additum, delendum censeo atque *τοῦ προορᾶν* ex v. *ἐκτυφλοῦσι* pendere existimo. *Ἐκτυφλοῦν* v. cum genet. adhib. nihil habet, nisi fallor, quod offendat. Similes structuras, insolentes quidem ap. Atticos, at Xenophonteas, v. *Anab.* I 6, 2 *κωλύσειε τοῦ καίειν*, *Cyn.* VI 4 *ἀφαιροῦνται τὰς κύνας τοῦ εὑρεῖν*, al. Ceterum *τυφλός, τυφλοῦσθαι* cum gen. adhib. haud semel reperiuntur: *Conv.* IV 12, Plut. *Sol.* 12; Pind. *Ol.* 12, 9; Plat. *Tim.* 47 B *τούτων τυφλωθείς.*

Κινδυνεύειν autem susp. habuerunt Madv., qui *ἰδίειν*, March., qui *δινεύειν* coniecerunt. Mihi quidem in mentem venerat *ἐκνεύειν* (ex *[ἐ]κνευειν* conflatum esse *κ(ινδυ)νεύειν* facilis coniectura). Sursum caput efferre aut ad latus flectere ad aliquam molestiam declinandam equi perturbati morem esse scimus; cf. V 4 *πάντα γὰρ ὁπόσα δύσκολ' ᾖ περὶ τὸ πρόσωπον ὁ ἵππος ἐ κ ν ε ύ ε ι ν πέφυκεν ἄνω· ἐκνεύων γε μὲν κτλ.*, quo loco duplicem v. notionem, activam neutralemque, deprehendimus (Schn.); X 12 *ἀ ν α κ ρ ο υ σ τ έ ο ν μὲν τὸ στόμα τοῦ ἵππου ο ὔ τ ε ἄ γ α ν χ α λ ε π ῶ ς ὥ σ τ ε ἐ κ ν ε ύ ε ι ν κτλ.*

At *κινδυνεύειν* v. ferri potest.

X 15. *ἢν δέ τις τοῦτο μὲν μεμαθηκότος αὐτοῦ ἅμα ἀντιλαμβάνηται τε τῷ χαλινῷ καὶ σημήνῃ τῶν ὁρμητηρίων τι, οὕτως ὑπὸ μὲν τοῦ χαλινοῦ πιεσθείς, ὑπὸ δὲ τοῦ ὁρμᾶν σημανθῆναι ἐγείρεται καὶ προβάλλεται μὲν τὰ στέρνα, αἴρει δὲ ἄνω τὰ σκέλη ὀργιζόμενος κτλ.*

Sic A. *οὕτως] τούτῳ (- ῳ)* cett.; *πιεσθείς] πεισθείς* cett.; *μὲν* ante *μεμαθ.* del. Dind.

Vix Dindorfio assentiaris qui orationis paullo negligentioris scriptorem coarguit.

Revera nemo in hoc acquievit; *ὑπὸ δὲ τοῦ σημανθῆναι ὁρμῶν* voluit Schn.; *ἐγερθείς*, pro *ἐγείρεται*, Weisk., adprobante Cour., qui *καὶ* ante *προβάλλ.* delevit; sic March. edidit.

At recte statuit Rich. verbum aliquod post *πιεσθείς* excidisse, quod iam Leoncl. viderat, qui *πιέζεται*, vel *πιεσθεὶς ⟨λυπεῖται⟩* scrib. esse censuit.

Fuitne *πιεσθεὶς ⟨πείθεται⟩*?

Si quis equum freno coerceat eodemque tempore signo aliquo (cf. IX 10), quo ad cursum incitari solet, exstimulet (respexit Poll. I 210 *ἐξέγειρε δὲ αὐτὸν τοῖς ὁρμητηρίοις σημείοις καὶ ἀνάκρουε τῷ χαλινῷ)*, equus paret quidem freno sistitque gradum, at signo incitatur, ita ut illi motus efficiantur quos hic scriptor affectat in equo *πομπικῷ*.

Πείθεσθαι)(*ἐγείρεσθαι* etiam III 6: *εἰ καὶ πληγῇ ἐγερθεὶς ἐθέλει ὁμοίως πείθεσθαι.* Vox *πείθεται* post *πιεσθείς* excidisse satis verisimile est; ex duobus verbis autem in codd., praeter A, *πεισθείς* conflatum esse vid.

XI 6. *ἃ μὲν γὰρ ὁ ἵππος ἀναγκαζόμενος ποιεῖ, ὥσπερ καὶ Σίμων λέγει, οὔτ᾽ ἐπίσταται οὔτε καλά ἐστιν οὐδὲν μᾶλλον ἢ εἴ τις ὀρχηστὴν μαστιγῷν καὶ κεντρίζων· πολὺ γὰρ ἂν πλείω ἀσχημονοίη ἢ καλὰ ποιοίη ὁ τοιαῦτα πάσχων καὶ ἵππος καὶ ἄνθρωπος.*

μαστιγῴη (- *οίη* Cob.) *καὶ κεντρίζοι* Steph.; *κεντρίζων ⟨ῥυθμίζοι⟩* March. Aliquid excidisse susp. Dind., qui, ne optativis quidem receptis aut addito *ἀναγκάζοι*, 'nedum intellecto ex praec. *ἀναγκαζόμενος*', orationem satis aptam evadere censuit. Possis etiam, fort., suspicari excidisse *ἐρεθίζοι* vel, ante *ὀρχηστήν*, *ὁρμῴη*, aut, contra, post *κεντρίζων*, *βιάζοι* vel *λυποίη* (quod v. ante *πολύ* facile excidere potuit); cf. *Cyr.* II 4, 10 *ἥδιον εἶναι εὖ τε λέγοντα καὶ εὖ ποιοῦντα παρορμᾶν ἢ λυποῦντα καὶ ἀναγκάζοντα.* Sed satis incerta haec omnia.

XII 1. *πρῶτον μὲν τοίνυν φαμὲν χρῆναι πρὸς τὸ σῶμα τὸν θώρακα πεποιῆσθαι. τὸν μὲν γὰρ καλῶς ἁρμόττοντα ἐκεῖνον φέρει τὸ σῶμα, τὸν δὲ ἄγαν χαλαρὸν οἱ ὦμοι μόνοι φέρουσιν· ὅ γε μὴν λίαν στενὸς δεσμός, οὐχ ὅπλον ἐστίν.*

ἐκεῖνον: ὅλον Castalio, *ἐκεῖνον ⟨ὅλον⟩* Rühl, *ἔοικε πᾶν* Diels. — *φέρει* codd. dett., *φέρειν ABMLO*; 'fort. *φέρει ἅπαν*' March. Similem locum *Mem.* III 10, 13 affert Schneid.

Pro *ἐκεῖνον* dubitanter conieceram *ἐκτεῖνον*. Cum enim omnes trunci partes thoraci prementi pariter aequaliterque cedant ponderique resistant, fit ut pressum inter se aeque divisum repellant, thoracemque quasi distendant extendantve, ne nimis ipsarum aliqua prematur.

At *φέρειν* v. quod praestantissimis codd. nititur, genuinum fort. est habendum. Conicio *ἱκανὸν φέρειν τὸ σῶμα.*

XII 5 ss. *ἐπεὶ δὲ καὶ ἀριστερὰ χείρ, ἤν τι πάθῃ, καταλύει τὸν ἱππέα, καὶ ταύτῃ ἐπαινοῦμεν τὸ ηὑρημένον ὅπλον τὴν χεῖρα καλουμένην· τόν τε γὰρ ὦμον σκεπάζει κτλ.*

Nisi quid post *καλουμένην* excidit, ex ceteris huius sect. verbis colligimus *τὴν χεῖρα* manicam fuisse a manu ad scapulam extentam (v. Saglio, ap. Daremb. v. *χείρ*), idem sc. atque (s. 7) *τῷ γε μὴν βραχίονι τὸ ὥσπερ κνημὶς παρατιθέμενον* (*περιτιθ.* Cour.). Quapropter parum diligens Pollux fuisse vid. cum scripsit 133 (cf. X 142) *τὰ δὲ περὶ τὰς χεῖρας προβλήματα ὁμοίως τῷ μέρει χεῖρες καλοῦνται.*

§ 6. *τήν γε μὴν δεξιὰν ἐπαίρειν δεῖ, ἤν τε ἀκοντίσαι ἤν τε πατάξαι βουληθῇ. τοῦ μὲν δὴ θώρακος τὸ κωλῦον ταύτῃ ἀφαιρετέον· ἀντὶ δὲ τούτου πτέρυγας ἐν τοῖς γιγγλύμοις προσθετέον, ὅπως κτλ.*

In duobus illis s. 6 enuntiatis primariis *τήν γε μὴν δεξιὰν κτλ.*, *τοῦ μὲν δὲ θώρακος κτλ.* parum concinne iuxta collocatis vix Xenophontem agnoscas. Suspicor eum scripsisse:

τήν γε μὴν δεξιὰν ⟨ἐπεὶ⟩ ἐπαίρειν (vel *ἐπεὶ αἴρειν*) *δεῖ, ἥν τε ἀκοντίσαι ἥν τε πατάξαι βουληθῇ, τοῦ μὲν δὴ θώρακος κτλ.* Sic inter se ss. 2, 5 (*ἐπεὶ δὲ...* cf. VIII 10) atque 6 initia quam apte respondeant vides. Des. s. 7: *τῷ γε μὴν βραχίονι τὸ ὥσπερ κνημὶς παρατιθέμενον ἀρκεῖν βέλτιον ἡμῖν δοκεῖ εἶναι ἢ συνδεθὲν ὅπλῳ* (codd. praet. A).

ἀρκεῖν ⟨καὶ⟩ βέλτ., cum Schn., Rühl. Conieceram *παρατιθέμενον ὀχεῖ* (opponitur *τῷ συνδεθέντι;* hoc vel sim., saltem subauditum, postulat sensus; v. ap. Daremb. fig. 4815). At *ἀρκεῖν* om. A, del. March.; fort. recte.

XII 12. *ἀντί γε μὴν δόρατος καμακίνου, ἐπειδὴ καὶ ἀσθενὲς καὶ δύσφορόν ἐστι, τὰ κρανέϊνα δύο παλτὰ μᾶλλον ἐπαινοῦμεν· καὶ γὰρ ἐξαφεῖναι τὸ ἕτερον δυνατὸν τῷ ἐπισταμένῳ, καὶ τῷ λειπομένῳ οἷόν τε χρῆσθαι καὶ εἰς τὸ ἀντίον καὶ εἰς τὰ πλάγια καὶ εἰς τοὔπισθεν.*

Haec Martin, *cav. Ath.*, p. 408: « Quant aux deux javelots, les monuments figurés peuvent nous fournir peut-être la preuve que cette réforme de l'armement fut aussi exécutés après Xénophon ». Cf. Cagnat, ap. Dar. II 765 (« Xén. empruntait cette réforme à la cavalerie Perse »).

Equidem Xen. haud novatorem sed laudatorem tantum fuisse censeo; multo enim ante eius aetatem equites binis jaculis usos esse ex vasis pictis videmus, quod Cagnat quoque recte animadvertit; de jaculatione equestri autem quaedam praecipit Simon (ap. Poll. 215); hic tamen *τὴν ἄφεσιν* - at cf. V 23 - *τοῦ δόρατος* haud satis proprie ut vid. commemorat), atque e Xen. ipsius verbis jacula iam pridem in equitum usu fuisse colligimus.

Bina *παλτὰ* Xen. Persis venantibus tribuit *Cyr.* I 2, 9, *Anab.* I 8, 32; his jaculis utuntur Persae contra Graecorum hastas *Hell.* III 4, 14 [1]. Cum *REqu.* XII 12 concinit qui-

[1] Item e. g. 'bina gaesa' Gallis (VIII 662), 'bina hastilia' Troiae ludum exercentibus (V 557) adsignat Virgilius; Augustumque pueris qui Troiam lusissent bina hastilia donavisse testatur Macer ap. Serv. I 633 Th.-H.

dem *Cyr.* I 2, 9: *παλτὰ δύο, ὥστε τὸ μὲν ἀφεῖναι, τῷ δ', ἐὰν δέῃ, ἐκ χειρὸς χρῆσθαι;* additur tamen *REqu.* *τῷ ἐπισταμένῳ*. Neque iniuria; non omnes enim jaculi emittendi equites tunc peritos fuisse scimus (*Hipp.* I 6; 21; cf. Martin p. 404) [1].

Xenophontis autem equites in ludis *δόρυ καὶ ἀκόντια* gestasse docet *REqu.* VIII 10; *ἐν ταῖς πομπαῖς* hastam (quae ut *μεταξὺ τοῖν ὤτοιν τοῦ ἵππου* collocetur praecipit *Hipp.* III 3). De *ἀκοντισμῷ* ludo (cf. Martin l. l., De Ridder ap. Dar. III 594 sqq., Herm.-Blümner IV 347 al.) v. *REqu.* XIII 13, ubi *τὸ παλτὸν* commemoratur, quod idem esse atque *ἀκόντιον* ex Xen. verbis (*Hipp.* III 6, cet.) colligimus. Praeterea de meditationibus ad bellum aptis v. *Hipp.* I 19 sqq. ([20] *διὰ παντοίων χωρίων* - - [21] *ἀκοντίζειν γε μὴν ἀπὸ τῶν ἵππων*, cf. *REqu.* VIII 10, de venatt. equestr., *ἐν παντοίοις χωρίοις* - - *ἀπὸ τῶν ἵππων τοῖς ὅπλοις* [sc. *ἀκοντίοις*] *χρῆσθαι*). Maioris autem momenti *Hipp.* I 4: *ἡγουμένους (τοὺς φυλάρχους) τοῖς τῆς φυλῆς ἀκοντισταῖς* (cf. Arist. *Ath. r.* 49) *ἐλαύνειν ἐπὶ τὸ ἀκόντιον* (cf. I 22). Quos *τῆς φυλῆς ἀκοντιστὰς* (collato *Hipp.* I 25 *εἰ τοὺς ἀμφὶ σὲ προδρόμους ... ἀκοντίζειν ... μελετᾶν ... ἐξαναγκάσειας ὡς μάλιστα, ἡγοῖο δὲ αὐτοὺς ἐπὶ τὸ ἀκόντιον*) fuisse *τοὺς προδρόμους* colligi posse vid. In pugna denique necesse esse equitibus *ἀκοντίσαι καὶ πατάξαι* v. *REqu.* VII 5, XII 6 (jaculatoribus tantum cautiones eae adhibendae sunt quae his locis praecipiuntur; eos qui hastas gererent Xen. silentio praeteriit). Itaque cum Xen. equites jaculis instructos quam qui hastas gererent utiliores ad pugnam iudicaret atque (*Hipp.* I 4) ut jaculatorum numerus augeretur vota fecisset, cur jaculorum usus potior esset habendus h. l. (*REqu.* XII 12) explicavit eodemque eum *ἐπαινοῦμεν* verbo laudavit, quo equum conscendendi (*REqu.* VII 4), in equo insidendi (VII 5), equitandi (VII 12, 14), iaculandi (XIII 13) rationes quasdam comprobavit, quae omnia in usu iam pridem fuisse liquet. Adde XII 5: *τὸ ηὑρημένον ὅπλον*

[1] Hinc *τοῖς ἐπισταμένοις* tantum bina iacula tribuenda fuisse quis cogere possit.

ἐπαινοῦμεν. Neque nullius momenti est *τὰ* illud ante *δύο παλτά.* Igitur ex Xen. verbis ne hoc quidem colligi posse vid., eius aetate jaculoram usum increbruisse invaluisseque, nedum credamus e o a u c t o r e, Persarum morem respiciente, hastae loco jacula substituta esse.

Quod autem ad vasa picta attinet, rem plerumque prope in tenebris adhuc iacere confitendum est.

Nam ex Reinachii repertorio atque ex monumentis vasorumque picturis ad rem equestrem pertinentibus quas diligentissime collegit Helbig., *les ἱππεῖς Athéniens* (Mém. Inst., 1904, p. 157 sqq.), cum multo ante Xen. aetatem, tum Xen. temporibus, bina jacula equites gestasse didicimus. At in vasis ante circ. dimidium V saec. (Athenienses in pugna ad Plataeas solos pedites adhibuisse constat) pictis haud de Athen. equitatu sed de *ὁπλίταις* equis vectis eorumve *ὑπηρέταις* rem esse Helbig (p. 215) statuit. Esto. Quid quod oplitae hic binas illic singulas hastas gerunt atque in eadem pictura hoplitis binis hastis armatis adstant equites singulas hastas gestantes? Praeterea Thessalos quoque equites binis jaculis armatos fuisse videmus. Atque in iis ipsis vasis in quibus, Helbigio auctore, de Athen. equitatu res est, alii equites bina gestant jacula, singula alii. Haec autem Helbig p. 227: 'L'armement de tous les cavaliers représentés sur ces vases est la même. Ils portent tous u n e o u d e u x lances'. Quam varietatem artificum arbitrio nullo modo deberi contenderim. Suspicari licet in nonnullis picturis de *δοκιμασίᾳ* agi; in aliis autem equites singulis hastis instructos, qui equites bina jacula gestantes comitantur, vel hoplitarum *ὑπηρέτας* vel equitum *ἱπποκόμους* esse. Equisones enim dominos ad bellum proficiscentes comitatos esse, hastis armatos, scimus (*Hipp.* V 6). Ap. Reinach II 30, 3 (Helb. 24) duo equites bina jacula gestantes sequitur eques jaculum vel hastam ferens; ap. Hartwig, *Meistersch.* LIII (H. 29) ex altera parte duo equites sunt binis jaculis, ex altera tres singulis armati. Utcumque res est, quamquam ex Xen. colligimus plures equites eius aetate hastam gestasse, per-

raro in vasis pictis V-IV saec. atque in monumentis equites singulos singulis hastis instructos reperimus.

Haec illotis manibus in transitu tantum attigi; at, si hos nodos expedire liceret, non nullum lucrum ad vas. pictt. satis obscuras imagines interpretandas facturi essemus.

AD CYNEGETICUM.

II 4. *ἔστωσαν δὲ αἱ μὲν ἄρκυς ἐννεάλινοι ⟨ἐκ τριῶν τόνων, ἕκαστος δὲ τόνος ἐκ τριῶν λίνων⟩, τὸ δὲ μέγεθος κτλ.*

⟨⟩ Schn. e Poll. V 27, coll. *Cyn.* X 2 *ἕκαστος δὲ τόνος ἐκ πεντεκαίδεκα λίνων;* recepp. omnes. At haec Pollux l. c.: *δεῖ δὲ αὐτὰς (τὰς ἄρκυς) εἶναι κατὰ τὸν τοῦ Ξενοφῶντος λόγον ἐννεαλίνους ἐκ τριῶν τόνων συμπεπλεγμένας· ὁ δὲ τόνος καὶ κῶλον καλεῖται· πέπλεκται δ' ἐκ λίνων ὁ τόνος τριῶν.*

Raro Poll. suos auctores verbo tenus descripsisse dixi; at cf. e. g. ea quae secc. ex eadem paragr. sumpta *τοὺς περιδρόμους-ῶσιν* atque ea quae Michaelis protulit p. 20; hic, autem, ad auctorem provocavit. *Συμπεπλεγμέναι* fort. Xenophonti restituendum.

II 9. *ἔστω δὲ καὶ ἐν ὅτῳ ἔσονται αἱ ἄρκυς καὶ τὰ ἐνόδια καὶ τὰ δίκτυα κυνοῦχος μόσχειος καὶ τὰ δρέπανα, ἵνα ᾖ τῆς ὕλης τέμνοντα φράττειν τὰ δεόμενα.*

Sic Rühl, March., nisi quod hic ⟨*τὰ*⟩ *δίκτυα* scripsit; *τὰ ἐνόδια καὶ δίκτυα A τὰ δίκτυα* (om. *τὰ ἐνόδια*) *ἐν ἑκατέροις* cett. De *κυνούχῳ* illo provocant interpretes ad Poll. V 31 *κυνοῦχος δὲ δέρμα μόσχειον, εἰς ὃ ἐντίθεται τὸ δίκτυον, τῷ σχήματι πεποιημένον ὥσπερ τὰ σύσπαστα βαλλάντια* (cf. Hesych., Suid.). Mirum tamen Xen. falcis usum commemorasse, nihil de cullei illius usu dixisse. Patet hunc culleum, quantum coniectura augurari licet, non eo loco ubi retia tensa essent usui fuisse, ut *τὰ δρέπανα,* sed venatori domo exeunti domumque revertenti (v. OKeller, *Thiere d. kl. Altert.,* p. 180, fig. 38; Tib. I 4, 55 nec-umeri retia ferre negent). Igitur, ut vid., Xen. dicere debuit haec (culleum dico atque falces) ve-

natori eo esse *ferenda* ubi retia tendenda essent. Ad quid, denique, enumeratio illa *αἱ ἄρκυς καὶ τὰ ἐνόδια καὶ τὰ δίκτυα?* Cf. VI 2 *αἱ ἄρκυς καὶ τὰ δίκτυα,* sic 12 et 26. Haec Marchant, Class. Rev., 1922, p. 61: « Probably *καὶ τὰ ἐνόδια* [his locis ubi *ἄρκυς* atque *δίκτυα* tantum nominantur] has dropped out? »

Uno *δίκτυα* verbo, cum de retibus tendendis vel tensis loquitur, Xen., ne longior fieret enumeratio, *τὰ δίκτυα* atque *τὰ ἐνόδια* significavit; 'plagae' enim ambo, quae ad impediendum ne fera effugeret usui fuerunt; *ἄρκυς* autem est 'cassis' (v. ap. Iohannem, p. 14 imagines ex vasis sumptas), haec una ad ferae capturam apta. Igitur si II 9 *ἄρκυς, ἐνόδια, δίκτυα* distincte nominavit, suspicari licet hic non de retium statione *(ἀρκυστάσιον)* Xen. locutum esse.

Propterea, verba illa *ἐν ὅτῳ ἔσονται* haud sana esse mihi persuadeo, praesertim cum cullei usum Xen. silentio praeterire potuisse vix credam, atque conicio: *ἔστω δὲ καί, ἐν ᾧ τεθήσονται αἱ ἄρκυς.... κυνοῦχος μ. κτλ.*

Quae verba respexisse Pollux vid. cum scripsit *εἰς ὃ ἐντίθεται δίκτυον.*

Unde autem *ἐν ἑκατέροις* illud, quod codd. praeter A praebent, originem duxerit parum liquet. Fortasse fuit graecobarbarum additamentum ad v. *ἐν ᾧ τεθήσονται,* ex mg. in textum illatum, *ἕνεκα τηρεῖν* vel sim. Denique *τὰ δρέπανα* vulgo editur; at *τά* om. A, del. Rich.; recte.

III 1. *τὰ δὲ γένη τῶν κυνῶν διττά, αἱ μὲν καστόριαι, αἱ δὲ ἀλωπεκίδες. ἔχουσι δ' αἱ μὲν καστόριαι τὴν ἐπωνυμίαν ταύτην ὅτι Κάστωρ --, αἱ δ' ἀλωπεκίδες διότι ἐκ κυνῶν τε καὶ ἀλωπέκων ἐγένοντο. ἐν πολλῷ δὲ χρόνῳ συγκέκραται αὐτῶν ἡ φύσις.*

τὰ δὲ γένη - διττά] Fuerunt qui satis neglegenter haec dicta esse censerent (cf. Körte, *l. c.*, p. 320; March., Class. Rev. XXXVI 59). At Xen. aetate unam fere leporis venationem vulgo excultam esse scimus (v. ea quae dixi in *Epim.* atque dicturus sum ad IX 2); propterea maxima *Cyn.* parte de hac tantum re agitur.

Inde (nisi adiectivum quoddam quod ad *κυνῶν* referretur intercidit) factum esse concedi potest ut scriptor antea (c. II) de retibus *ad leporem* venandum aptis, hic de canibus *leporariis* ageret, nulla leporis mentione facta; tantum, enim, III 3 *λαγῶς* nomen legimus. Contra IX 1 *ἐπὶ δὲ τοὺς νεβροὺς καὶ τὰς ἐλάφους κύνας εἶναι κτλ.* (cf. X 1).

Iis autem quae secc. de canum vitiis disputat Xen.: III 2 *χείρους δὲ καὶ πλείους αἱ τοιαίδε κτλ.,* ubi: 'improbantur ('ex utroque genere' Dind., sc. vulpinarum atque castoriarum) quae has gerunt notas' Schn.

At in fine huius cap.: *οἵας δὲ δεῖ εἶναι τοῦ αὐτοῦ γένους τά τε εἴδη καὶ τὰ ἄλλα φράσω.* Cap. IV autem de canum virtutibus disseritur, nulla generum distinctione facta. Igitur satis inepte Themistius, *Orat.* 27, 335 D: *ἕτερον μὲν κάλλος Καστορίδων κυνῶν, ἕτερον δὲ ἀλωπεκίδων, καὶ διακρινεῖ σοι καθ' ἕκαστον γένος τὴν εὐμορφίαν ὁ πάντα σοφὸς Ξενοφῶν.* Recte, contra, Arrian. c. I, ubi Xen. *Cyn.* materiam perstringit, haec ait inter alia (1. 2): *καὶ περὶ κυνῶν ὅσαι ἰχνεύειν σοφαὶ καὶ ὅσαι πονηραί, καὶ ὅπως ἀπό τε τοῦ εἴδους καὶ τῶν ἔργων τεκμαίρεσθαι χρὴ ἑκατέρας* (cf. IX 1).

Ad v. *συγκέκραται αὐτῶν ἡ φύσις* haec Schn.: 'ad vulpes et canes coeuntes refertur'. An ad vulpinas castoriasque canes, ita ut de duobus unum genus factum esse dixerit scriptor, quod decursu temporis evenisse consentaneum est?

Etenim si concedi potest eandem utriusque canum generis fuisse investigandi aut persequendi vel vitiosam vel rectam rationem, mirum videatur ne minimum quidem inter utrumque genus discrimen fuisse, ita ut scriptor de aliqua saltem nota singulari (e. g. aurium, pilorum coloris, caudae) ne verbum quidem diceret.

Patet, denique, naturam mixtam utriusque animalis (canis sc. atque vulpis) haud *ἐν πολλῷ χρόνῳ,* sed iam tum exstitisse cum primum canes cum vulpibus coierunt.

III 3. *αἱ δὲ ἄποδες* (canes) *οὐδὲ ἐὰν ὦσιν εὔψυχοι τοὺς πόνους δύνανται ἀνέχεσθαι, ἀλλ' ἀπαγορεύουσιν διὰ τὸ ἄλγος*

τῶν ποδῶν. Sic edd., codd. praet. A, cuius scriptura ἀσθενές pro ἄλγος cum per se ipsa tum propter cod. praestantiam haud prorsus spernenda vid.

Cf. Hermog. π. ἰ. III 324 Walz: ὁ Ξενοφῶν λέγων τὰς αἰτίας -- φησὶν ὅτι αἱ μὲν διὰ μαλακίαν, αἱ δὲ διὰ ἀήθειαν -- ἀναχωροῦσι, quibus parum pie III 3 et 5 respexisse vid.; pro v. ἀήθειαν habet ἀσθένειαν Epit. Greg. Cor., Rhet. G. VII[2] 1103.

V 15. λαμβάνειν δὲ τοῦ λαγῶ τὰ ἴχνη ὑπάγοντα τὰς κύνας ἐκ τῶν ἔργων ἄνωθεν· ὅσοι δὲ μὴ ἔρχονται αὐτῶν εἰς τὰ ἐργάσιμα, τοὺς λειμῶνας, τὰς νάπας, τὰ ῥεῖθρα, τοὺς λίθους, τὰ ὑλώδη· καὶ ἐὰν ὑποκινῇ, μὴ ἀναβοᾶν, ἵνα μὴ αἱ κύνες ἔκφρονες γιγνόμεναι χαλεπῶς τὰ ἴχνη γνωρίζωσιν. [16] εὑρισκόμενοι δὲ ὑπ' αὐτῶν καὶ διωκόμενοι κτλ. Totam paragr. 15 huc aliunde translatam cens. Weisk.; ὅσοι] ὅση *A*; δὲ μὴ] γε δή Cour., del. Steph.; post ἐργάσιμα lac. indic. Weisk., adstipul. Rühl, March.; suppleverunt ἐρευνᾶν Weisk., ἔρχονται εἰς Brod., εἰς Diels, κατὰ dub. March.; ἔρχονται subaudiri censet Raderm. p. 606, scriptorem vituperans. Neque iniuria, si ita scripsit.

Ceterum iis quas protuli coniecturis nihilo magis perspicua sententia. Singula perpendenda, ut aliquem sensum eruamus. Ἐκ τῶν ἔργων ἄνωθεν, sc. e superiore agrorum parte ad depressiora loca procedit venator. Praecepti vim explicavit ps. Oppian. IV 427 sqq. πρὸς δὲ κάταντα σοφῇσι προμηθείῃσιν ἐλαύνειν κτλ. Hic igitur de venat. in planitie (contra IX 17 πρὸς τὰ ὄρη παριέναι ἀπὸ τῶν ἔργων) agi videtur atque de lepore indagando et insequendo ut in retia incidat. Retia autem in montibus raro statuta esse credas. Quamquam enim ap. Poll. V 35 legimus ἵστανται δὲ τὰ δίκτυα ἐν πᾶσι τόποις, ὁδοῖς, τριμμοῖς ... ὄρεσι κτλ., haud video quomodo retium furculae illae in lapideum solum infigerentur (VI 7 πηγνύειν δὲ τὰς σχαλίδας; cf. II 7); at v. VI 5 sq.: 9 ἐν ἀπέδοις; *ibid.* τριμμοὶ (v. IV 9) commemorantur; atque cf. 19; vix in montibus προσπελάζοντες obvii.

Praecipit quidem Xen. IV 9 ἄγειν δὲ ἄμεινον τὰς κύνας

εἰς τὰ ὄρη πολλάκις, ut canes exerceantur (attende καὶ ἄνευ τοῦ εὑρίσκειν τὸν λαγῶ; cf. Ael. *h. a.* XIII 24) leporem cursu persequentes. Μεταθεῖν v. (IV 9; v. infra p. 164) apte tum de lepore qui in retia non incidit, tum de eo qui canes ἐν τῷ πρότῳ δρόμῳ effugit.

Quae si ita sunt, si hoc loco Xen. de venatore agit qui ὑπάγει τὰς κύνας ἐκ τῶν ἔργων ἄνωθεν et leporem in retia - quae in planitie statuta sunt - impellere vult, inde cogi posse vid. si leporis vestigia haud ad loca depressiora, sed sursum ad montana tendant, haec esse neglegenda; itemque si lepus, antequam a canibus excitetur, e cubili discesserit montana petens, eum esse relinquendum. In quo tamen me haerere fateor.

Ὑποκινεῖν v., term. techn. ad ven. pertinentis, vim haud satis adhuc explicatam esse video; quod lexicographi praebent 'leviter se movere' vix probes. Lepus ὑποκινεῖ cum aliquid eius suspicionem moverit; tum 'lente, clam e cubili digreditur'; hoc, nisi fallor, est ὑποκ. Revera ὑποκινεῖ hominum voces audiens (III 11) vel si quis propius cubili accedat (VIII 5); ὑποκινεῖ εἰς τὸ πρόσθεν si canes appropinquantes senserit (VI 24); inter se opponuntur ὑποκ. atque ὑπομένειν (= '*in cubili manere*' V 12); praeterea, quod maximi est momenti, ὑποκινοῦντος leporis canes vestigia scrutantur, ut eum inveniant, (V 15); venatori denique scriptor praecipit μὴ ἀναβοᾶν.

Sin autem canes leporem in cubili iacentem incautum oppresserint — VI 17 ἐπιδραμοῦνται, 23 ἐπίασι; hoc est ἀνιστάναι τὸν λαγῶ (ibid.); cf. V 32, ubi ἀνιστῆται (recepp. Rühl., March.) pro ἁλίσκηται scripsi — fera perterrita e cubili saltu erumpit (VI 17 ἐξαίφνης ἀνάξας, nostris venatoribus 'schizzare'); aufugientem canes, haud vestigia scrutantes, sed cursu urgent (ibid.: εὑρισκόμενοι καὶ διωκόμενοι, neutrum ad leporem ὑποκινοῦντα pertinens); venator autem ἐμβοάτω αὐτῷ διωκομένῳ (cf. *Cyr.* I 6, 40).

Igitur haud scio an sit legendum: ὅσοι δὲ μὴ ἔρχονται αὐτῶν (leporum) εἰς τὰ ἐργάσιμα, τοὺς λειμῶνας -- τὰ ὑλώδη ⟨ἐᾶν⟩. καὶ ἐὰν ὑποκινῇ κτλ.

Quod v. *ἐᾶν* (cf. V 34) facile excidere potuit propter quod sequ. *ἐάν*. Neque fort. absurdum videatur conicere: *ὅσα δὲ μὴ ἔρχονται αὐτῶν* (sc. *τῶν ἰχνῶν*) -- *⟨ἐᾶν⟩*. De vestigiis dictum *ἔρχεσθαι* (cf. VIII 3 *ἥκοντα* - ad venatorem refert Leonic., sed de vestigiis agitur -, *ἔξεισι*, 4 *ἄξει*) atque *τὰ ἴχνη ἔρχονται* (de nominibus neutris quae saepius ap. Xen. numero plurali verbi excipiuntur cf. Pfoertn. 21) nihil habent quod improbes.

V 16. *εὑρισκόμενοι δὲ* (sc. lepores) *ὑπ' αὐτῶν* (a venatorum canibus) *καὶ διωκόμενοι* - - *καταδύονται εἰς φάραγγας καὶ εἰς ἰλεούς· πεφόβηνται γὰρ οὐ μόνον τὰς κύνας, ἀλλὰ καὶ τοὺς ἀετούς· ὑπερβάλλοντες γὰρ τὰ σιμὰ καὶ τὰ ψιλὰ ἀναρπάζονται, ἕως ἂν ὦσιν ἔτειοι· τοὺς δὲ μείζους ἐπιτρέχουσαι αἱ κύνες ἀφαιροῦνται.*

τοὺς δὲ μείζους - ἀφαιροῦνται del. Rühl. — *πεφοβ. τὰς κύνας]* Lepores quasi naturali instinctu praediti canes atque aquilas timent. Videlicet hi sunt non solum venatorum sed pastorum (cf. Plat. *resp.* 451, 466) et agricolarum quoque canes, qui leporem non investigant sed cum viderint insectantur *(ἐπιτρέχουσαι)*. De his postrema sententia *(τοὺς δὲ μείζους - ἀφαιρ.)* agitur; de venatorum canibus haec vel otiose vel inepte dici nemo est quin videat.

At cum *τοὺς δὲ μείζους κτλ.* dixit, hoc tantum significasse vid. Xen.: ab aquilis nonnisi anniculos lepores rapi; hos quoque, autem, immo facilius, canum praedam esse posse liquet. Aptius s. 24: *οὐ γάρ εἰσιν οὔτ' ἀλώπεκες ἐν ταῖς πολλαῖς αὐτῶν* (insularum) *αἵτινες καὶ αὐτοὺς* (lepores) *καὶ τὰ τέκνα ἐπιοῦσαι ἀναιροῦνται, οὐδ' ἀετοί.* Equidem diu addubitavi num s. 16 pro *αἱ κύνες* legendum esset *καὶ αἱ ἀλώπεκες* atque v. *τοὺς δὲ μείζους - ἀφαιροῦνται* (vel potius *ἀναιρ.* cum Rich.) tamquam corollarium essent habenda. Quamquam enim canum mentio antecedit, cur lepores canes timeant haud explicatione egere vid. Quin etiam ea quae legimus s. 24 *(οὔτ' ἀλώπεκες... οὔτ' ἀετοί)* sententiam aliquam ante dictam quodammodo respicere vidd. Attamen haec in incerto relinquere malo.

V 25. *κυνηγέται δὲ εἰς μὲν τὰς ἐρήμους* (sc. *νήσους*) *ὀλιγάκις ἀφικνοῦνται, ἐν δὲ ταῖς οἰκουμέναις ὀλίγοι ὄντες καὶ οὐ φιλόθηροι οἱ πολλοί* (codd.).

Traditum *ὀλίγοι ὄντες* defendit Pfoertner p. 19, tamquam participii absolutum nominativum.

Ceteris, haud quidem iniuria, haec v. in suspicionem venerunt; *ὀλίγοι εἰσί* em. Dind. (adstipulatur Gemoll); *ἁλιεύοντες* Raderm.; *ὀλιγωροῦσι... ὄντες* cit. Richards; *ὀλίγοι γίγνονται* scripsit March.

Fuitne *ὀλίγοι ⟨οἱ⟩ ὄντες*?

V 28. *καὶ οἱ φόβοι τῶν κυνῶν, ὅταν διώκωνται* (lepores), *ἑπόμενοι μετὰ τούτων συνεξαιροῦνται τὸ προνοεῖσθαι.*

V. *φόβοι - ἑπόμενοι* suspicionem movent; *εἰλλόμενοι* (*dum urgentur*) cit. Diels, *ἐπειγόμενοι* Niemeyer; haec Rühl: 'fortasse lacuna statuenda. Agitur de canibus'.

φόβοι: an *ψόφοι*? (v. s. 19 *κλαγγὴ ἢ ψόφος τῶν κυνῶν*, Arrian. XV 1 *καὶ σὺν βοῇ τῶν κυνῶν ἐπικειμένων ἐκπλαγῆναι* (leporem) *ἀνάγκη*, XX 3 *ἁλίσκοιτο - ἄνευ ἀγῶνος ὁ λαγὼς ὑπὸ θορύβου τῶν κυνῶν* — cf. Plat., *resp.* 413 d *ψόφοι καὶ θόρυβοι*. Liv. I 12, 10 '*strepitu sequentium trepidante equo*').

V 29. *κατὰ πόδας δὲ* (lepus) *οὐ πολλάκις ὑπὸ τῶν κυνῶν διὰ τάχος κρατεῖται.*

διὰ ⟨τὸ⟩ τάχος Leoncl.; recepp. omnes post Dind.; at superfluere haec v. videntur, nam *κατὰ πόδας* valet 'cursu' s. 'pedum velocitate'; cf. *Cyr.* I 6, 40 *ὅτι δὲ ταχὺ ἔφευγεν .... ἄλλας κύνας εἶχες ἐπιτετηδευμένας πρὸς τὸ κατὰ πόδας αἱρεῖν*; cf. autem VI 25 *ἢ ἀποκτείνῃ αὐτὸν κατὰ πόδας*, cet. Suspicor esse additam. ad *κατὰ πόδας*. Hunc locum respexit Arrian. II 3 *ὁπόσους λαγωοὺς οὐχ αἱροῦσιν κύνες κατὰ πόδας κτλ.*

VI 1. *ἔστω δὲ τὰ μὲν δέραια μαλακά, πλατέα, ἵνα μὴ θραύῃ τὰς τρίχας τῶν κυνῶν.*

Fuitne *μαλακὰ ⟨καὶ⟩ πλ.*? — *Τὰς τρίχας* (sc. *τοῦ τραχήλου*); in mentem venerat *τοὺς τραχήλους* (mox *αἱ δὲ στελμονίαι*

πλατεῖς τοὺς ἱμάντας, ἵνα μὴ τρίβωσι τὰς λαγόνας αὐτῶν), at nihil fort. mutandum. Poll. V 55 *δέραια μὲν ἱμὰς πλατὺς περὶ τῷ τραχήλῳ -- ἔνδοθεν δ' αὐτῷ ὑπερράφθω τις ἀρνακίς, ὡς μὴ τρίβοιτο ὑπὸ τοῦ λώρου ἡ δ ε ι ρ ὴ τοῦ κυνός.*

VI 5. *τὰς δὲ ἄρκυς ἱστάτω εἰς ἀμφιδρόμους τραχείας, σιμάς, λαγαράς, σκοτεινάς, ῥοῦς, χαράδρας, χειμάρρους ἀενάους· εἰς ταῦτα γὰρ μάλιστα φεύγει* (lepus) *ὅσα δὲ ἄλλα εἰς ἄπειρον εἰπεῖν· τούτων δὲ παρόδους, διόδους, καταφανεῖς, λεπτάς, εἰς ὄρθρον κτλ.*

Εἰς ἀμφ. A solus, nuper cognitus; cett. om. *εἰς* (propterea *ἀμφὶ δρυμοὺς* Steph.; *ἀμφὶ δρόμους* ⟨*ὁδοὺς*⟩ Schn.; *ἀμφὶ ὁδοὺς* Saupp.; *ἀμφὶ δρυμῶν* ⟨*ὁδοὺς*⟩ Leoncl.), *εἰς ἀμφιδρομὰς* March. Post *λεπτάς* lac. stat. Schn. (qui ⟨*καταλειπέιω*⟩, adprob. Rühl); ⟨*καταλιπών*⟩ March.

Locus graviter corruptus nec fort. cuiusquam viribus sanabilis. De retibus ad apros capiendos ait Xen. X 19 *ἵστανται μὲν αὐτοῖς αἱ ἄρκυς ἐπὶ τὰς διαβάσεις τῶν ναπῶν εἰς τοὺς δρυμούς, τὰ ἄγκη, τὰ τραχέα;* at h. l. comparato parum proficimus. Nisi quid excidit (excidisse autem *ὁδοὺς* post -*ομους* satis probab. vid.), ad *ἀμφιδρόμους* fort. subaudienda est vox *ὁδούς*. In iis quae secc., ⟨*εἰς*⟩ *ὅσα δὲ ἄλλα [εἰς]* Schn., Rühl, March.; malim ⟨*εἰς*⟩ *δὲ ἄλλα ὅσ' ἄπειρον.*

Praeterea *τούτων* suspicor corruptum esse; an *ἐ ά τ ω* legendum? (cf. V 34 *καὶ τὰ νάματα καὶ τὰ ῥεῖθρα ἐᾶν*).

'Αεννάους denique (*ἀενάους* ex dett. cum Schn. omnes) A B M: recte, ut vid.; hanc formam Xen. *Hell.* restituit Hude.

VI 8. *στοιχιζέτω δὲ μακρά, ὑψηλά, ὅπως μὴ* (lepus) *ὑπερπηδᾷ. ἐν δὲ ταῖς ἰχνείαις μὴ ὑπερβάλλεσθαι· ἔστι γὰρ θηρατικὸν μὲν οὐ φιλόπονον δὲ τὸ ἐκ παντὸς τρόπου ἑλεῖν ταχύ.*

οὐ φιλόπ. A, οὐ om. cett.; *ὑπερεμβάλλεσθαι B (- βαλέσθαι M)* quod nescio an praestet. Terminus techn., q. d., videtur, ad retia statuenda pertinens, de quo hic sermo est (cf. X 7 *ἐμβαλέσθαι τὰς ἄρκυς*, VI 9 *ἐμβαλλέτω δὲ τὰ ἐνόδια);* fort. signif. 'retibus iam statutis alia adiungere' ut lepus quoquo

modo cito capiatur. Idem fere senserat Schn. qui Leoncl. interpretat. ('moram interponere') redarguens, haec addidit: « Hucusque ... *τὴν ἄρκυν* statuit; transit deinde X. ad *δίκτυα* et *ἐνόδια*. Importuno igitur loco interseritur mentio et praeceptum de vestigatione. Aut igitur mota suo de loco haec periodus alienum occupavit, aut latet aliud quid, connexum cum collocatione *ἄρκυος* ». Loci sententia - qua tamen in explicat. haerere me fateor - haec esse posse vid.: dum canes investigant, si *τὴν ἄρκυν* iam statutam haud satis apte collocatam esse venator viderit, alia *δίκτυα* ne statuat; cf. autem Poll. V 35 (de minoribus *δικτύοις*):... *ἐμβόλια.., ὥσπερ ἐ μ β α λ λ ό μ ε ν α τ ῇ τ ῶ ν π ρ ο τ έ ρ ω ν σ τ ά σ ε ι* (sc. *ὑπερεμβαλλόμενα*). Hic sensus cum iis quae secc. congruere vid.: *ἔστι γὰρ κτλ.* In quibus haud Dielsio assentior qui, adstipulantibus Rühl, March., distinxit *θηρατικὸν μὲν οὔ, φιλόπονον δέ.* Equidem sic intellego: utile quidem ad leporem cito capiendum *(θηρατικὸν μέν;* quo in v. aliquid deprehendere mihi videor in deteriorem significat. abiens; v. quae dixi in Epimetro et quae dicturus sum ad IX 2) plura *δίκτυα* statuere; at ii, qui se exercendi causa (de *φιλοπονίᾳ* v. I 7; 12; VI 19) venatui student, ne nimia ferae capiendae cupiditate flagrent, ut quoquo modo ea cito potiri velint; hoc enim *τὸν φιλόπονον* dedecet.

VI 12. *ἱστάναι τὰς ἄρκυς καὶ τὰ δίκτυα, ὡς εἴρεται· μετὰ δὲ τοῦτο, τὸν μὲν ἀρκυωρὸν εἶναι ἐν φυλακῇ, αὐτὸν δὲ* (venatorem) *κ τ λ.*

Fuitne *ἀρκυωρὸν μ ε ῖ ν α ι*?

VI 17. *ἐμβοώντων δὲ αὐτῷ [αὐτῶν M] διωκομένῳ* (lepori)· *'Ιὼ κύνες, ἰὼ κακός, σαφῶς γε ὦ κύνες (B M).*

'Εμβοάτω A, recte; *ἰὼ κακός* om. A, qui haud raro lacunis, praecipue ex homoeotel., laborat; *ἰὼ κακῶς* dett., Lenz ('num recte?' Rühl; improb. March., Class. Rev. 1922, p. 63); *ἰὼ κύνες* Dind., Rühl; *ἰώ, καλῶς* Falbe, March. (at Arriano XVIII 1 *καλῶς γε ὦ 'Ορμή* vox est venatoris haud hortantis, sed post captum leporem canes laudantis).

Equidem haud scio an codd. BM scriptura sit genuina: *ἰώ· κακός (sc. ἐστιν ὁ λαγώς)*, quasi ad canum *θυμόν* incitandum. — *Σοφῶς* Gesner, recte.

VI 17. *καὶ κυνοδρομεῖν, περιελίξαντα δ ἀμπέχεται περὶ τὴν χεῖρα καὶ τὸν ῥόπαλον ἀναλαβόντα.*

κυνοδρομεῖν ('cum canibus una currere' Schn.-Dind.); cf. s. 19, 22. — *Symp.* IV 63 *ὥστε διὰ τοὺς σοὺς λόγους ἐρῶντες ἐκυνοδρομοῦμεν ἀλλήλοις ζητοῦντες* (*ἐρῶντες* del. Mehler, *ζητοῦντες* del. Richards; *ἐσκολιοδρομοῦμεν* Naber, Mnem., 1897, p. 439, sed nihil mutandum) = 'wir machten (förmlich) Iagd aufeinander' Hornstein, Wien. Stud., 1918, p. 109; 'canum instar investigare' Pfoertn. p. 34; haud scio an praestet: 'ob tuos sermones amore incensi, (tamquam) instabamus canibus, alter alterum avidissime requirentes'. *Κυνοδρομοῦσι* venatores, *ἐν ταῖς διώξεσι* atque *ἐν ταῖς μεταδρομαῖς* (v. infra, *Μεταθεῖν*), haud *ἐν ταῖς ἰχνείαις*; nihil igitur hoc v. aptius ad flagrantem cupidinem significandam —.

Ad *Cyn.* autem Callimachi (*hymn.* IV 106) v. *νόσφι κυνοδρομίης* (de Artemide venante) redire putat, haud fort. iniuria, J Mesk, PhW. 1927, c. 414. *Κυνοδρομεῖν*, de suo, recte Poll. V 78; cf. 85. — *περὶ τὴν χεῖρα:* Poll. V 18 (*τὴν χλαμύδα δεῖ τῇ λαιᾷ χειρὶ περιελίττειν*) si de suo, ut vid., *λαιᾷ* addidit, haud inepte fecit. Confirmant venatorum figg. in amphoris pictae (Iohannes, p. 19). Suspiceris tamen Poll. ap. Xen. legisse *τὴν χεῖρα τὴν ἀριστερὰν* vel sim.

VII 2. *κύουσι* (canes) *δ' ἐξήκονθ' ἡμέρας.*

Ad haec v. provocat Schn., adn. ad Arriani *Cyn.* XXIII 3; vix recte.

Arriani operum omnium nunc demum (vol. II, Teubner 1928) egregia atque omni laude digna edit., quam curavit A G Roos, nos uti posse valde gaudendum est. Ea enim docti editoris est *ἀκρίβεια* ut vel numquam vel perraro ab eo dissentias. Liceat tamen mihi de duobus *Cyn.* locis (de XIV 5 v. infra ad Xen. *Cyn.* VIII 2) quid sentiam proferre. Sic edit Roos *Cyn.* XXVIII 3 (de quiete canibus post coitum danda): *καὶ τὸν ἄρρενα δὲ μὴ ἐφιέναι ἐπὶ λαγὼν ὡσαύτως, πρὶν ἀπὸ τοῦ καμάτου ἀμπαύσασθαι καὶ ῥωσθῆναι, ἐξήκοντα ἡμερῶν οὐ μεῖον· ἔπειτα ἐφιέναι ἐς ἀγῶνα οὐδὲν κωλύσει.*

Ad *ἐξήκ. ἡμ.* haec Schn.: 'totidem dies in utero gerit femina, teste Xen. 7, 2'.

Rectius Roos: *ἐξήκ.]* 'numerus corruptus videtur; fortasse scribendum *τριάκοντα* coll. *Cynos.* I p. 587, 17 sq.'; *ἐξήκ. - μεῖον* del. Herw.

At ne in hoc quidem numero acquiesco. Legendum censeo *ἓξ ἢ ἑπτὰ ἡμερῶν.*

VII 5. *τὰ δ' ὀνόματα αὐταῖς* (canibus) *τίθεσθαι βραχέα, ἵνα εὐάνακλητα ᾖ. εἶναι δὲ χρὴ τοιαῦτα.*

Secuntur canum nomina XLVII (XLV in A B) n. Cf. Arrian. *Cyn.* XXXI 2 *καὶ ὅσα ἀναγέγραφεν* (Xen.) *ὀνόματα τὰ μὲν εὑρών, τὰ δὲ καὶ αὐτὸς ποιήσας, δεξιῶς ἀναγέγραφεν*, atque XVIII [Roos] 1 *Κιρρά, Βόννα, Ὁρμή* (hoc Arriani, haud Xenophontis, canis nomen, cf. V 6). Mirum, si vera Poll. V 47 tradidit, Xen. suae cani *Ἱπποκένταυρον* nomen indidisse (v. Marchant, Class. Rev., 1912, p. 179).

Cum his a Xen. prolatis bisyllabis nominibus, equidem satyrorum nomina (cf. Heydemann, *Satyr.-Bakchenn.*, p. 38; Robert ad Soph. *Ἰχν.* 176 sqq.), et ipsa *εὐανάκλητα*, comparari posse video. Inter quae legimus *ΠΟΔΙΣ*. Itane scribendum ap. Xen. pro *ΠΟΛΥΣ* illo quod suspicionem movet?

Πόλος Weisk.; *Πολεύς* (ex *πολεῖν* v.) March.; *Ποδῆς*, coll. C. I. G. 8139, Raderm.

VII 11. *πρὸς δὲ ταῖς ἄρκυσι διδόναι τὰ σιτία αὐταῖς* [sc. *ταῖς σκύλαξι*], *ἕως ἂν νέαι ὦσιν, ὅταν ἀναιρῶνται, ἵν' ἐὰν πλανηθῶσιν ἐν τῷ κυνηγεσίῳ δι' ἀπειρίαν, πρὸς τοῦτο ἐπανιοῦσαι σῴζωνται. ἀφεθήσονται δὲ τούτου ὅταν ἤδη τῷ θηρίῳ ἔχωσι πολεμίως, ἐπιμέλειαν δὲ ποιήσονται τούτου μᾶλλον ἢ ἐκείνου φροντίζειν.*

Nonne sufficiat *ἐπιμέλειαν δὲ ποιήσονται τούτου* (sc. feras persequendi) *μᾶλλον ἢ ἐκείνου* (cibi)? An scribendum *ἐπίδηλον δὲ... φροντίζειν?*

δὲ, post *ἐπιμέλ.] γὰρ* Rich., Rühl.

Quod ad sententiam pertinet, cf. Cic. *Cluent.* 316: *Bestiae, fame dominante, plerumque ad eum locum ubi pastae aliquando sunt revertunt.*

VIII 2. (de lepore venando *ὅταν νίφῃ ὁ θεὸς ὥστε ἠφανίσθαι τὴν γῆν*) *κύνας μὲν οὖν οὐδὲν δεῖ ἔχοντα* [Wells, *ἔχοντας* codd.] *ἐξιέναι ἐπὶ τὴν θήραν ταύτην· ἡ γὰρ χιὼν καίει τῶν κυνῶν τὰς ῥῖνας, τοὺς πόδας, τὴν ὀσμὴν τοῦ λαγῶ ἀφανίζει διὰ τὸ ὑπέρπαγες.* (codd.)

καίει ⟨*μὲν*⟩ Schn., Rühl; ante *τοὺς πόδας* add. *ῥήγνυσι* March. (coll. Arrian. XIV 5), *καὶ πήγνυσι* Rühl (coll. *Anab.* IV 5, 3), LWenner, *καὶ* Weisk., Schn., Gühtling. — *τὴν* ⟨*δ'*⟩ *ὀσμὴν* Weisk., Schn., Rühl, ⟨*καὶ τὴν*⟩ *ὀσμὴν* ⟨*δὲ*⟩ Zeun.

Fort. *τοὺς πόδας* delendum atque *τὴν*⟨*δ'*⟩ *ὀσμὴν* legendum. Hic enim cur n u l l i u s u t i l i t a t i s in terra nivibus obruta sint canes explicat Xen.; alio autem spectat Arrian. XIV 5 ubi de canum propter glaciem detrimentis agit. Haec ait Arr. *καὶ χειμῶνος δὲ μὴ ἐξάγειν* (canes), *εἰ τὸ κρύος τύχοι χαλεπόν, καὶ πολὺ δὴ μάλιστα, εἰ πεπηγυῖα ἡ γῆ τύχοι· ἀποκναίονται γὰρ ἐν τῷ κρυστάλλῳ αἱ κύνες, καὶ τοὺς ὄνυχας ἔστιν αἳ ἀπολλύουσιν, καὶ τὰ νέρθεν τῶν ποδῶν αὐταῖς ῥήγνυνται* (cod.).

ἀποκαίονται Schn. ex X. *Cyn.* VIII 2; recepit Roos; vereor ut recte. De glacie, non de nive, loquitur Arr.; nocet illa canibus, propter duritiem, earum pedes atterens; haec, dum canes vestigiorum vapores naribus ducunt, in nasi foramina se insinuans, sternumenta quoque crebra movens, ita ut narium frigore ustarum sagacitas ad nihilum redigatur.

VIII 3. *ἐὰν δ' ἐπηλλαγμένα ᾖ* [sc. *τὰ ἴχνη*] - - *ἐκπεριιέναι τὰ τοιαῦτα ζητοῦντα ὁποῖα* [*ὅποι* Steph., fort. recte] *ἔξεισι. πολλὰ δὲ πλανᾶται ὁ λαγῶς ἀπορούμενος ὅπου κατακλινῇ* [Dind.; *-θῇ* codd.], *ἅμα δὲ καὶ εἴθισται τεχνάζειν τῇ βαδίσει διὰ τὸ διώκεσθαι ἀεί. ἀπὸ δὲ τῶν τοιούτων ἐπειδὰν φανῇ τὸ ἴχνος, προϊέναι κτλ.*

Sic scribendum censeo cum A (qui solus *ἀπὸ δὲ*); cett. om. *δέ*, ex quo, post *τοιούτων* distincto, *ἐπειδὰν* ⟨*δὲ*⟩ inde a Steph. edd. omnes, etiam, post cod. A repertum, Rühl, March.

Διὰ τὸ διώκ. ἀεὶ ἀπὸ τῶν τοιούτων interpretatur Leonic. « quia semper talibus vestigiis agitatur »; quam distinctionem confirmare vid. Aelian. *h. a.* VI 47 - *ἵνα ἀφανίσῃ τὴν ἐκ τῶν θηρατῶν εἰς αὐτὸν ἐπιβουλήν, σοφίᾳ τινί φυσικῇ τὸ θηρίον τοὺς ἀνθρώπους αἱμυλώτατα ἀπατῆσαν*, in quibus quid de suo Aelian. addiderit haud liquet. Illud autem *τῶν τοιούτων* nihil habet quo referatur; vestigiis agitatur lepus, haud '*talibus* vestigiis', sc. *ἐπηλλαγμένοις*; facilius autem canes rectis vestigiis insistunt. Quod si *κατὰ σύνεσιν* ad *τεχν. τῇ βαδίσει* referas, exspectes *ἀπὸ τούτων*.

Mea quidem sententia, *ἀπὸ τῶν τοιούτων* atque *ἐκπερ. τὰ τοιαῦτα* arcte inter se cohaerent; *τὰ ἴχνη ἐπηλλαγμένα* ('implicata vestigia') haec sunt, recteque dicitur *ἀπὸ δὲ τῶν τοιούτων* (sc. *ἐπηλλαγμένων*) *ἐπειδὰν φανῇ τὸ ἴχνος* (sc. *ὀρθόν*); cf. VI 14 *ἐπειδὰν δὲ ἡ κύων λάβῃ τὸ ἴχνος ὀρθὸν ἐκ τῶν ἐπηλλαγμένων.*

Ceterum lectio *ἀπὸ δὲ* gravissimo auctore nititur.

VIII 4. *ἄξει δὲ* (sc. *τὸ ἴχνος*) *ἢ πρὸς σύσκιον τόπον ἢ πρὸς ἀπόκρημνον· τὰ γὰρ πνεύματα ὑπερφορεῖ τὴν χιόνα ὑπὲρ τῶν τοιούτων. παραλείπεται οὖν εὐνάσιμα πολλά, ζητεῖ* [*ζητεῖν A*] *δὲ τοῦτο* (codd.).

τοῦτο: an *τ α ῦ τ α*? (cf. X 6 *εἰς τοιαῦτα*).

IX 2. *κατασκέψασθαι δὲ προελθόντα εἰς τὰς ὀργάδας, οὗ εἰσιν ἔλαφοι πλεῖσται· ὅπου δ' ἂν ὦσιν, ἔχοντα τὸν κυναγωγὸν τὰς κύνας καὶ ἀκόντια πρὸ ἡμέρας ἐλθόντα εἰς τὸν τόπον τοῦτον κτλ.*

Κυναγωγός v. hic tantum reperitur. Fateor quidem me suspicatum esse scriptum fuisse *τῷ κυναγωγῷ*, sc. *ἱμάντι* (*κυναγ.* = *ἀγωγεύς*?, lorum quo equus ducitur, cf. *REqu.* VI 5, VIII 3, *Hippiatr.* II 356 Oder-Hoppe, *ῥυταγωγός REqu.* VII 1, '*ducale*' *Thes. Gloss.*; quo canis, Bekk. *Anecd.* p. 340, 26 *ὁ ἱμὰς τῶν κυνηγετικῶν κυνῶν*; Phryn. [*praec. soph.* p. 37,

14] add. *ᾧ ἐπάγονται ὑπὸ τῶν κυνηγετῶν)*; cur autem loro in hinnuleorum cervorumque venat. canes sint ducendae explicatur iis quae secc. (s. 2). At v. *τὸν κυναγ.* genuina esse ex iis quae dicturus sum mihi persuadeo.

Recte Marchant (Class. Rev. XXXVI p. 59): « The keeper of hounds *(κυναγωγός)* is mentioned only in connection with the red deer (c. IX) »; num tamen aliqua subesset causa cur factum esset ut hoc semel dicto in cervorum tantum venatione usus esset X. silentio praeteriit.

Κυναγωγός v. autem 'canum magister vel nutritor' interpretantur Schn. - Dind. in Indice.

At hac atque Marchantii interpr. verendum est ne quis in errorem inducatur, de famulo vel *συνεργῷ* (Poll. V 17 *συνεργοὶ μὲν κυνηγέτου ... κυναγωγός)* hic agi intellegens, ut, e. g., ap. Arrian. XXV 6 al.

Quin enim venator sit hic *κυναγ.* atque eius, qui in leporum aprorumque venat. *κυνηγέτης* appellatur, personam gerat vix dubitandum esse vid., si consideraverimus eum jacula gestare, in hinnuleos invadere, canes incitare, cervos jaculari; comitatur eum (ut venatorem cap. II sqq.) *ὁ ἀρκυωρός*, sc. famulus; nullus enim ad cervos capiendos retium usus.

At Xen. huc praecipue spectasse scimus, ut venandi exercitatione iuvenum corporis animique vires augerentur. Revera magna quidem est sollertia, industria, laborum (nec non, in apro venando, periculorum) patientia eorum qui lepores aprosque venantur. Quid quod (cap. IX) hinnulei manibus, cervi pedicis vel a canibus, cursu defessi, capiuntur? Num *κυνηγέτην* venatorem hunc appellare potuit Xen. ille, cui *τὸν πόνον (= τὸ θέλειν πονεῖν)* veram esse viam ad virtutem persuasum erat?

Ex vasis pictis colligi quidem potest etiam quinto saec. Atticos voluptatis causa cervum venatos esse; at equis vectos, si venati sunt. Recte enim adfirmavit Johannes, p. 19, 'legitimam imaginum compositionem eam esse, ut cervum equites, quamvis interdum a peditibus comitati, ingrediantur',

haec tamen addens 'iterum iterumque praecipue post VI saec. exemplaria imitando repeti' atque 'rarissime ab VIII usque ad IV saec. a. Ch. n. usum et artem venandi plane de vita esse expressa'.

Utcumque res se habet, cervorum venationes, quibus Xen. liberi interfuerunt, *Anab.* V 3, 9 sq. commemorantur; at ea quae de cervis capiendis legimus *Cyn.* cap. IX nihil cum *τῶν κυνηγετῶν* arte habent commune.

Si quis autem consideraverit voces radicis *κυνηγετ-* passim legi in *Cyn.* capp. iis quae sunt de lepore venando, deesse omnino in cap. IX (de cervis capiendis), redire autem c. X (de apro venando), deesse iterum c. XI ubi de leonibus aliisque beluis per dolum aut per vim captandis agitur, vix casu accidisse hoc putabit, atque quae *κυνηγετεῖν* v. propria sit vis intelleget. *Κυνηγετοῦσι* enim qui canibus vestigia scrutantibus usi feras diligenter curioseque exquirunt (hinc translationes illae ap. scriptores obviae), *θηρῶσι* autem qui feras vehementer insectantur aut iis insidiantur. At in cervorum captura illa, quam Xen. enarravit, 'odora canum vis' nullius est usus. Apte igitur v. *θηρᾶν (- ᾶσθαι)* iis tantum capp. IX et XI adhibuit Xen.

In epilogo autem saepius, ubi de philosophis adulescentes captantibus agitur; h. v. enim in deteriorem significationem, ut verbi propriam vim decet, abisse scimus atque a scriptoribus esse usurpatum cum de nimis flagranti vel dolosa vel turpi aliquid adipiscendi cupiditate agerent; in quam significationem numquam *κυνηγετεῖν* v. abiit.

Igitur *κυναγωγόν (= τὸν τὰς κύνας ἄγοντα)* apte hunc cervorum captatorem Xen. nominasse vid. Animadvertendum autem est in iis *Cyn.* capp. quibus de leporum aprorumque venatione agitur Xen. verba praecipientis esse; enarrantis autem in capp. IX et XI.

X 2. *πρὸς δὲ τὸν ὗν τὸν ἄγριον κεκτῆσθαι κύνας Ἰνδικάς, Κρητικάς, Λοκρίδας, Λακαίνας - - . πρῶτον μὲν οὖν χρὴ εἶναι τὰς κύνας ἐκ τούτου τοῦ γένους μὴ κτλ.* (codd.).

ἐκ τούτου τοῦ] ἐκ τούτων του Diels (rec. Rühl); *ἐκ τούτων τῶν γενῶν* aut *[ἐκ-γένους]* Herw.; *ἑκάστου* (ex Aristid. VI 3) March.; *ἑκάστου* ⟨*τοῦ*⟩ WMorel, PhWoch. 47 (1927) c. 638 (« die Auslassung des Artikels kommt bei dem Rhetor mehrfach vor »).

Aristidis testimonium me a. 1902 atque Rühlium effugerat; at in edit. Romana (1906) conieci *ἑκάστου του* vel *ἑκάστου* ⟨*τοῦ*⟩.

X 5. *ἐπειδὰν δὲ λάβῃ* (sc. canis) *αὐτοῦ* (apri) *τὰ ἴχνη ἕπεσθαι ἑξῆς τῇ ἰχνεύσει ἡγουμένῃ ἀκολουθοῦντας σαφῶς.*

ἰχνεύσει: ἰχνευούσῃ Christian, Schn.; *ἀκολουθοῦντας* A solus, *ἀκολουθίαν B M, τῇ ἀκολουθίᾳ* dett., *τὴν ἀκολουθίαν* Schn., *A B M* ignorans; ⟨*τοὺς*⟩ *ἀκολουθοῦντας* scripsi in edit. Rom., recepp. Rühl, March.

Forsitan tamen praestet *ἕπεσθαι ἑξῆς, τῇ ἰχνευούσῃ ἡγουμένῃ ἀκολουθοῦντας σοφῶς.*

Hoc autem animadverto. Ex eo quod in *Cyn.* semel [VII 6; adde X 5 post cod. A repertum] *ἀκολουθεῖν* v. legitur, passim autem *ἕπεσθαι*, RMueller *o. c.*, p. 45, sibi persuasit *Cyn.* horum v. usum cum *Hell.* priore parte atque Thuc. concinere.

At quamquam Schmidt, *Syn.* III 237, adfirmat: « ein wirklicher Begriffsunterschied (logischer u.) zwischen beiden Verben ist nicht vorhanden » (ipse tamen quaedam in contrariam partem affert p. 238 sqq.), his *Cyn.* locis haud plane synonyma habenda sunt haec vocabula. *Ἕπεσθαι* enim est 'sequi' s. 'sectari', *ἀκολουθεῖν* autem 'pariter pedisequum ire'. Igitur in *Cyn.* haud utrum voc. praetulerit scriptor disceptandum esse vid.; alterutrum usurpavit prout sensus posceret. *Ἀκολουθεῖ* venator iis canibus quas loro alligatas ante se agit. Propterea quam aptissime v. *ἕπ.* atque *ἀκολ.* loco supra allato una coniunguntur.

Vides igitur quam proprie Plato dixerit (*Euth.* 14 C): *ἀνάγκη γὰρ τὸν ἐρῶντα τῷ ἐρωμένῳ ἀκολουθεῖν, ὅπῃ ἂν ἐκεῖνος ὑπάγῃ.*

ΜΕΤΑΘΕΙΝ

Μεταθεῖν v., ad venandi artem pertinentis, quae propria sit significatio, haud explicatum adhuc esse video. ‘Cursu persequi’ interprett. Schn.-Dind.; at nihil in venatorum sermone hunc term. techn. q. d. cum *διώκειν* v. habuisse commune Xen. Cyneg. docet. Neque ex eo quod Poll. V 10 v. *διώκειν, μεταθεῖν, κυνοδρομεῖν, ἐφέπεσθαι κατὰ πόδας* una commemoravit cogere licet eum, ut Schn. ad *Cyn.* VI 17 censuit, haec ut synonyma posuisse. Quod si erravit, nihil mirum in hoc quoque, ut in aliis ad rem venat. aut equestrem pertinentibus, grammaticum haud satis harum rerum peritum erravisse. Neque autem recte Steph. scripsit in Thes.: ‘*Xen.* [*Cyn.* VI 22] *μεταθεύσονται, i. e. διώξουσι*’. Ceteros omitto. Quid inter *διώκειν* atque *μεταθεῖν* v. intersit ex *Cyn.* cap. VI praecipue colligimus, ubi de tota leporis investigandi, persequendi, capiendi ratione agitur. Quae qui attente consideraverit egregie de singulis rebus scriptorem egisse sibi persuadebit.

Haec igitur accurate inquirenda, ne ea quae librarii depravarint aut quae haud satis intellexerimus damnemus. Singula consideremus.

I. Hoc cap. VI inde a s. 13 investigandi ratio *(ἴχνευσις)*[1] ad leporem exquirendum describitur. Desinit haec narratio s. 16: *ἐπειδὰν δὲ* (canes) *περὶ τὸν λαγῶ ὦσι, δῆλον ποιήσουσι τῷ κυνηγέτῃ κτλ. τελευτῶσαι δὲ ἀφίξονται πρὸς τὴν*

---

[1] *Ἴχνευσις* VI 4; cf. III 4 (X 5 dub.); *ἰχνεῖαι* III 7, VI 8: quae vocabb. cum in Ind. Schn.-Dind., tum in lexicis tamquam synon. ponuntur. Haud recte fort.; *ἴχνευσις* enim (in *Cyn.* singul. tantum n. adhib.) est ‘investigatio’ (s. facultas s. ratio investigandi); *ἰχνεῖαι* autem (in *Cyn.* plur. tantum n. adhib.) sunt ‘investigationes’. Neque *REqu.* cap. II *πώλευσις* atque *πωλεία* idem valent. Xen. iterata vocabb. haud horret; variando sententiae obsecutus est.

εὐνὴν τοῦ λαγῶ [*εὐναῖος* lepus hic; v. quae infra dicentur] *καὶ ἐπιδραμοῦνται ἐπ' αὐτόν.*

II. Leporem excitatum urgent canes (s. 17); *δίωξις* haec (s. 17: *αὐτῷ διωκομένῳ*). Si lepus in retia inciderit, alius exquirendus est (*ζητεῖν ἄλλον*, sc. investigando);

III. sin autem lepus retia atque canum visus effugerit, eum rursus insectari oportet, vestigia exquirendo (quod *ἐν τῇ διώξει* nullo modo fieri manifestum est): s. 20 *ἐὰν μὲν ἐν τῷ ἴχνει ὦσι, προσστάντα ἐγκελεύειν κτλ.*; s. 21 *ἐπειδὰν δὲ προσσχῶσι τοῖς ἴχνεσι περιάγειν αὐτὰς κύκλους πολλοὺς ποιούμενον*, sc. ut recta vestigia canes agnoscant; s. 22 *αἱ δ' ἐπειδὰν λαμπρὰ ᾖ τὰ ἴχνη ... ταχὺ μεταθεύσονται*, s. 23 *ἐπειδὰν δὲ περὶ τὸν λαγῶ ὦσι* — sc. si ad eum leporem qui effugerat (atque delitescens substiterat; cf. VI 25 *κατακλίνεται γὰρ ἐν μικρῷ*) rursus pervenerunt —. Denique *ἀναστήσουσι τὸν λαγῶ*. Qui lepus *δρομαῖος* est. Iterum, si in retia (*διωκόμενος*) inciderit, *ἐπιζητεῖν ἄλλον· ἐὰν δὲ μή, μεταθεῖν*, atque s. 25 *ἐπειδὰν μεταθέουσαι κτλ.*

Hinc patet, opinor, quid in venatorum sermone *μεταθεῖν* v. valuerit. Hae sunt enim *αἱ μεταδρομαί* (s. 20), cum canes feram quam investigando (*τῇ ἰχνεύσει*) invenerunt atque frustra cursu (*τῇ διώξει*) persecutae sunt, denuo e vestigiis exquirunt; quod apud nos est '*ribattere*'.

Itaque, *ἐν τῇ ἰχνεύσει* (nobis '*braccare*') incertum est an canes feram sint inventurae (VI 11 *ἵνα μὴ ὁ λαγῶς, ἐάν που ᾖ πλησίον...*; cf. e. g. Soph. *O. T.* 475 *τὸν ἄδηλον ἄνδρα παντ' ἰχνεύειν*); *ἐν τῇ διώξει* feram inventam quam ante oculos habent cursu persecuntur urgentque; *ἐν ταῖς μεταδρομαῖς* feram sibi notam, quae *ἐν τῷ πρώτῳ δρόμῳ* effugit, rursus investigando exquirunt captantque (cf. Aesch. *Eum.* 228, 246 s. *Κλ. ἕπου, μάραινε δευτέροις διώγμασιν — Χο. ἐξ ἀρκύων πέπτωκε οἴχεται θ' ὁ θήρ·* | *ἐγὼ δ' -- δίκας* | *μέτειμι τόνδε φῶτα κἀκκυνηγετῶ* et Soph. *El.* 1386 *βεβᾶσιν -- μετάδρομοι κακῶν πανουργημάτων ἄφυκτοι κύνες*).

Quae cum ita sint, videamus cap. III (de vitiosis canibus). S. 4 sqq. commemorantur *τῆς ἰχνεύσεως τρόποι*. Pergit Xen. s. 8 *διώκουσι κτλ.*, s. 10 denique *μεταθέουσι κτλ.*

Eundem sententiarum ordinem in cap. IV (de generosis canibus) deprehendimus: s. 3 *ἰχνευέτωσαν...*, s. 5 *διωκέτωσαν...*, infra *μεταθείτωσαν*. Atque cf. Poll. V 10: *ἰχνεύειν -- διώκειν, μεταθεῖν* [1].

Haec, quam dixi, *μεταθεῖν* v. significatio ceteris *Cyn.* locis confirmatur.

c. VIII. In leporibus per hiemem retibus venandis canum nullus est usus (s. 2 *κύνας μὲν οὐδὲν δεῖ ἔχοντα ἐξιέναι ἐπὶ τὴν θήραν ταύτην*); venator ipse vestigia in nive impressa inquirit: s. 1 *ἰχνεύεσθαι κτλ.* Nulla igitur mentio de *διώξει*. S. 8 autem: *ἐὰν δὲ ἐκκυλισθῇ (ὁ λαγῶς) ἐκ τῶν δικτύων, μεταθεῖν κατὰ τὰ ἴχνη*; *ibid. ἐὰν δὲ μὴ ὑπομένῃ, μεταθεῖν.*

c. IX, ubi de cervis agitur qui in pedicam inciderint, quorum pedibus funis inhaeret cum appenso ligno, 'quod currentem et aufugientem cervum gravat, pulsat et impedit' [Schn.], venator, ut par est, hac venandi ratione, cervum haud *ἰχνεύει*, at ne *διώκει* quidem sed (s. 18) *μεταθεῖ κατὰ τὸν ὁλκὸν τοῦ ξύλου*, sc. e vestigiis quae ligno tracto impressa sunt; de quibus cf. s. 18: *καὶ κατὰ τοῦτο ῥᾳδίους αἱ μεταδρομαὶ ἔσονται.*

Cap. X, de apris venandis; s. 5 est de *ἰχνεύσει*; nulla autem de *διώξει* mentio; de apro, enim, retibus, non cursu, capiendo h. l. agitur. Itaque s. 9: *θέων* (aper) *ἐμπεσεῖται* (in retia)· *ἐὰν δὲ μή, μεταθεῖν ἀνάγκη*; s. 20: *ἐὰν δὲ μὴ ἐμπέσῃ, μεταθεῖν.*

Cf. s. 21, de venatoribus aprum qui effugit rursus investigantibus: *ἐν ταῖς μεταδρομαῖς*, s. 22, autem: *ἵστανται δὲ αἱ ποδοστράβαι αὐτοῖς* (apris) *ὥσπερ ταῖς ἐλάφοις ... καὶ ἐπισκέψεις αἱ αὐταὶ καὶ μεταδρομαί.* Vestigia autem *ἐν ταῖς μεταδρομαῖς* exquiri diserte testatur Xen. III 7 *ὅσαι* (canes) *δὲ τὰ τῶν ἄλλων κυνῶν εὑρήματα* (= *vestigia inventa*) *ἐν*

---

[1] cf. s. 11; recte *μετ.* s. 34; haud recte s. 43 (= *διώκειν*).

ταῖς ἰχνείαις καὶ μεταδρομαῖς προθέουσι θαμινὰ σκοποῦσαι κτλ.

Praeterea v. V 16 *εὑρισκόμενοι δὲ ὑπ' αὐτῶν* (a canibus) *καὶ διωκόμενοι ἔστιν ὅτε διαβαίνουσι* (lepores) *τὰ ῥεύματα κτλ.* Recte de *μεταδρομαῖς* silet scriptor; lepus enim *διωκόμενος* tantum, haud *μεταθεόμενος*, canum urgentium pavore impulsus, flumina transit etc.

Adde hos Arriani locos:

Cyn. II 4 *ὅπως μὲν ἐπὶ τὰς ἄρκυς χρὴ ἐπελαύνειν τὸν λαγὼν ἐπεξέρχεται* (sc. Xen.) *τῷ λόγῳ καί, εἰ παραδράμοι τὰς ἄρκυς, ὅπως χρὴ μεταθεῖν αὐτὸν καὶ ἀνευρίσκειν κατὰ τὸ ἴχνος.* Cf. III 4 *μεταθεῖν καὶ ἀνευρίσκειν* et II 5 *μαστεύειν διαφυγόντας.* Ex quibus locis patet, nisi fallor, *ἀνευρίσκειν* hic idem esse atque *αὖθις εὑρίσκειν.* Praeterea III 5 *μαστεύειν ἢ μεταθεῖν* (cf. XVII 3). Liquet igitur Arrianum recte intellexisse quid ap. Xen. *μεταθεῖν* v. valeret; verbis tamen idem fere significantibus additis, huius termini techn. vim, quae fortasse haud satis iam omnibus perspicua erat, explicare voluisse.

Uno autem loco, V 10, contra verbi proprietatem, Arrianus, si scripsit, scripsisse videtur: *σκέλη δὲ εἰ μὲν τὰ ὄπισθεν* (canis) *ἔχοι μείζω τῶν ἔμπροσθεν, τὰ ὄρθια ἂν μεταθέοι ἄμεινον.* Exspectes simplex *θέοι;* v. in iis quae secuntur: *καὶ ὁ λαγὼς τὰ ὄρθια θεῖ ἄμεινον*, quae omnia respiciunt Xen. V 17 *θέουσι γὰρ μάλιστα μὲν τὰ ἀνάντη κτλ.* Arrianum *μεταθεῖν* v. pro *θεῖν* vel *διώκειν* v. usurpasse vix credas.

Utcumque res est, quae huic v. *μεταθεῖν* in arte venatica vis sit tribuenda iam satis ex Xen. mihi explanasse videor. Ex quo quantum lucri ad alios quoque Xen. locos recte intellegendos facturi simus considerandum est.

IV 9 *ἄγειν δὲ ἄμεινον τὰς κύνας εἰς τὰ ὄρη πολλάκις, τὰ δὲ ἔργα ἧττον· τὰ μὲν γὰρ ὄρη οἷόν τέ ἐστι καὶ ἰχνεύειν καὶ μεταθεῖν καθαρῶς, τὰ δὲ ἔργα οὐδέτερα διὰ τοὺς τριμμούς.* Haec in Steph. Thes. (cet. lexicographos omitto): ' Montes enim promptum est vestigare canibus et usquequaque persequi leporum cubilia [?] et cursu [?] permetiri, quum neutrum in locis cultis et in liras digestis perinde facile sit, propter tramites limitesque transversos: *Bud.* '. Pfoertner autem *τὰ ὄρη* ex *μεταθεῖν* pendere opinatur: ' *μεταθεῖν* cum accus. iungi posse nemo sit qui neget ' (p. 8). Recte; haud tamen *τὰ ὄρη* sed *τὸν λαγῶ* intellege.

Neque satis explicatur quomodo *οἱ τριμμοί* (*semitas* recte interpretatus est Schn.) canes cursu leporem persequentes impediant. Contra, in semitarum terra pavita vestigia imprimi non posse liquet; propterea hae semitae quominus canes vestigiorum vaporem sentiant (*ἰχνεύειν καὶ μεταθεῖν καθαρῶς*) obstant (cf. Ael. *h. a.* XIII 24).

Quod ad *τὰ ὄρη, τὰ ἔργα* pertinet, cf. *REqu.* VIII 10 *φεύγῃ παντοῖα χωρία; Cyn.* IV 6, V 17.

VI 19. *ἐὰν δὲ πολὺ προειληφυῖαι* (canes) *ὦσι* (sc. *ἐν ταῖς μεταδρομαῖς;* v. quae antecedunt) *καὶ μὴ οἷός τ' ᾖ* (venator) *κυνοδρομῶν ἐπιγίγνεσθαι αὐταῖς, ἀλλὰ διημαρτηκὼς ᾖ τῶν δρόμων ἢ καὶ πλησίον που φοιτώσας ἢ ἐπιβοώσας ἢ ἐχομένας τῶν ἰχνῶν μὴ δύνηται ἰδεῖν, πυνθάνεσθαι παραθέοντα ἅμα ὅτῳ ἂν προσπελάζῃ ἀναβοῶντα· ἢ κατεῖδες ὠὴ τὰς κύνας;*

Vitiosa esse *ἢ ἐπιβοώσας*, adstipulante Schn., censuit Weisk., qui totum locum sic refinxit: *φοιτώσας ἐπιβοήσας μὴ δύνηται ἀνακαλεῖν ἢ ἐχομένας κτλ.* Verba *ἢ ἐπιβοώσας* delent Dörner, Rühl; *ἢ ἐπιστάσας* scripsit March.

Liceat mihi pauca praefari, ut quam optime hoc quoque loco singula quadrare nobis persuadeamus.

Ii qui venaticarum rerum usum habent haud sane ignorant canes investigantes, cursu persequentes (*διωκούσας*), *μεταθεούσας*, varii generis voces emittere; ganniunt, enim, latrant, eiulant, baubantur. Longum est referre quot nominibus (quorum tamen propria vis venatoribus magis quam lexicographis est cognita) variae canis venantis voces apud nos significentur. Conferas velim quae in nostris lexicis leguntur s. v. *guattire, scagnare, canizza*, cett.; quos term. techn. nemo idem valere atque *abbaiare* vel *latrare* dixerit. Quin etiam venatores, cum canes non vident, ex harum variis vocibus aut vestigia esse inventa, aut feram a canibus

urgeri, aut effugisse atque rursus investigari intellegunt. Ceterum cf. Porphyr. *de abstin.* III 5 N. *ὁ γοῦν κυνηγέτης ἀπὸ τῆς ὑποκρίσεως ᾔσθετο τοῦ κυνὸς ὑλακτοῦντος νῦν μὲν ὅτι ζητεῖ τὸν λαγών, νῦν δὲ ὅτι εὗρεν, νῦν δὲ ὅτι διώκει, νῦν δὲ ὅτι ἔλαβεν, καί, πλανωμένου, ὅτι πλανᾶται,* atque v. Belin de Ballu, adn. ad ps. Oppiani *Cyn.* I 507. De canum quibusdam vocibus Poll. V 86.

Nemo autem casu factum esse putet ut iis tantum *Cyn.* locis quibus de *μεταδρομαῖς* agitur v. *ἐπανακλαγγάνειν* legamus (non *ὑλακτεῖν*).

Ὑλακτοῦσι canes, infenso animo, cum feram vident: IX 2 *ὅπως μή, ἂν ἴδωσιν τὰς ἐλάφους, ὑλακτῶσι,* X 7 *ἐπειδὰν* (canis) *δ' ἀφίκηται ἐπὶ τὴν εὐνὴν* (apri) *ὑλακτεῖ.* [1]

Ἐπανακλαγγάνουσι autem *(guattire, squittire)* cum certa vestigia deprehenderunt atque cum inventam feram at procul elapsam rursus investigando *(μεταθέουσαι)* persecuntur, quasi certam praedam, quam in eo fuerant ut caperent, amissam eiulando doleant: IV 5 *μεταθείτωσαν - - ἐπανακλαγγάνουσαι δικαίως,* cf. VI 23.

Κλαγγῇ denique *καὶ ὑλαγμῷ* (haec est *canizza*), vice fere alterna, feram urgent *(διώκουσι),* quasi simul infensum significent animum atque se praedam nondum arripuisse doleant: IV 5, VI 17, cf. V 19.

De vitiosa investigandi ratione III 10 *αἱ δ' ἐκ τῶν ἰχνῶν κεκλαγγυῖαι ἐξαπατᾶν πειρῶνται ἀληθῆ τὰ ψευδῆ ποιούμεναι* [2] (falso enim significant se recta certaque vestigia invenisse); item *ὑλακτεῖν περὶ τὰ ἴχνη* (antequam feram viderint). Postquam feram *μεταθέουσαι* invenerunt (VI 23) *ἐπίασι κεκλαγγυῖαι.*

Redeamus nunc ad VI 19. Venator canes quae *μεταθέουσαι* procul elapsae sunt *(πολὺ προειληφυῖαι,* cum ipse *διημαρτηκὼς ᾖ τῶν δρόμων)* non videt. At, ait Xen., accidere potest ut eas etiam prope obversantes *(ἢ καὶ πλησίον που*

[1] Poll. V 65 *προκυνεῖν, τὸ προϋλακτεῖν πρὶν ἢ τὸ θηρίον ἀνευρεῖν.*
[2] *κεκλαγγυῖας, οὐ καίρια ὑπολαμβανούσας* Poll. V 64 Bethe; at distinctio post *κεκλ.* fort. delenda.

φοιτώσας) vel etiam vestigiis iam repertis insistentes *(ἐχομένας τῶν ἰχνῶν)* videre nequeat. At eas haud procul esse atque vestigiis insistere ex earum vocibus intellegit.

Eas igitur *ἐπιβοώσας (guattire)* audit, tamquam dominum invocent et se vestigia reperisse testentur.

Legendum autem fort. censeo *ἢ ἐπιβοώσας [ἢ] ἐχομένας τῶν ἰχνῶν.* Propter *ἢ - ἢ* quae antec., hoc *ἢ* illatum esse suspicor.

Haec, si venator canes *μὴ δύνηται ἰδεῖν.*

Pergit Xen.: *ἐπειδὰν δὲ πύθηται ἤδη, ἐὰν μὲν ἐν τῷ ἴχνει ὦσι* (sc. postquam comperit quo loco sint canes, si, procul, ad eas accedens, viderit investigantes) *προσστάντα ἐγκελεύειν, τοὔνομα μεταβάλλοντα ἑκάστης τῆς κυνός - -, πρὸς δὲ τοῖς ἄλλοις κελεύσμασιν, ἐὰν ὦσιν ἐν ὄρει αἱ μεταδρομαί, ἐπικελεύειν τάδε· Εὖ, κύνες, εὖ, ὦ κύνες.*

Vix sana v. *ἐὰν ὦσιν -μεταδρομαί,* quae om. A; ex quo factum est ut in edit. Weidmann. ea delerem; in edit. Romana, autem, longius progressus, totam sententiam *πρὸς δὲ τοῖς - κύνες* in suspicionem adduxi; haud recte utrumque.

Nihil tamen tradita scriptura insulsius; neque iniuria Schn., Gesneri emendat. improbans *εὗα* pro *εὖ* (« notus est errantium per devia montium Bacchantium clamor *εὗα* »), haec ait: « quidni idem acclamare licet etiam in campis? »

Suspicor in v. *ἐν ὄρει* vitium inesse; conicio *ἐν ὄψει* (s. 18 *ἐκλείπων τὴν ὄψιν,* Plut. *T. Gracch.* 12 *ἐν ὄψει τοῦ δήμου).*

Hoc cap. venatio narratur quae, retium usu, fit in planitie: cf. quae dixi ad VI 15.

Venator ad canes, quas investigantes procul vidit, appropinquans eas incitat *(ἐγκελεύειν)*; prope vestigiis insistentes, laudat. *Εὖ - - εὖ ὦ: εἶα - εἶα ὦ* Rich.; *εὗα - εὖ' ὦ* March., *εὗα - εὗα ὦ,* cum Gesn., Rühl; sed fort. nihil mutandum; cf. s. 19 *καὶ ἐὰν πάλιν ἀπαντῶσι διώκουσαι αὐτὸν ἀναβοᾶν· εὖ γε, εὖ γε, ὦ κύνες.*

In iis quae secc. *(ἐὰν δὲ μὴ πρὸς αὐτοῖς ὦσιν τοῖς ἴχνεσιν, ἀλλ' ὑπερβάλλωσι, καλεῖν αὐτάς· οὐ πάλιν, οὐ πάλιν, ὦ κύνες)* legimus *οὐ πάλιν* bis in codd.; recepit Rühl; *τοὔμπαλιν* bis, Leoncl.; *σοῦ πάλιν* bis, Weisk. ut ap. Aristoph. *Vesp.* 204;

- ‘ sed ei non convenit pluralis ’ Dind., recte -; *οὐ -κύνες;* interrogandi vi, bis Dind., Lenz, March. Fort.: *οὔ· πάλιν* bis; asseverantis *οὔ*, imperantis *πάλιν* (attende *ὑπερβάλλειν*).

VI 25. *ἐπειδὰν δὲ* (canes) *μεταθέουσαι κύκλῳ ἤδη ὑπόκοποι ὦσι κτλ.* Sic cum A in edit. Weidmanniana edidi; *αἱ κύκλῳ* B (*αἱ*, ut vid., ex dittogr.); *αἱ κύνες* deteriores, quam scripturam receperunt editores omnes. At inde a s. 20 huius cap. de *μεταδρομαῖς* agitur; monet autem Xen. s. 21: *ἐπειδὰν δὲ* (canes) *προσσχῶσι τοῖς ἴχνεσι περιάγειν αὐτὰς κύκλους πολλοὺς ποιούμενον,* donec recta vestigia canes agnoscant (s. 22). Intellego igitur, cod. A scriptura servata, ‘ cum canes in gyrum indagantes defessae sint ’ (sc. frustra recta vestigia exquirentes). Venator quoque recta vestigia in nive scrutatur *κύκλους ποιούμενος* (VIII 3).

VII 6. *πρὸς δὲ τὰ ἴχνη τὰ εὐναῖα μὴ λύειν* (sc. *τὰς σκύλακας*), *ἀλλ᾽ ἔχοντα ὑφημμένας μακροῖς ἱμᾶσιν ἀκολουθεῖν ταῖς κυσὶν* (sc. aliis canibus iam aetate provectis) *ἰχνευούσαις, ἐῶντα αὐτὰς διαθεῖν [A B, διατρέχειν* cett.*] τὰ ἴχνη*... [9] *τὰ δὲ δρομαῖα, ἕως ἂν ἕλωσι τῷ ἴχνει μεταθεῖν ἐᾶν· ἁλισκομένου δὲ κτλ.*

Μεταθεῖν hic quoque proprie de catulis vestigiis insistentibus. At cur Xen. has in catulis exercendis cautiones esse adhibendas praeceperit haud satis liquet; interpretes autem silent.

De vestigiis loquens Xen. *εὐναῖα*)(*δρομαῖα* III 8 quoque et V 7; de leporibus, *εὐναῖοι*)(*δρομαῖοι* V 9; Pollux V 12 *ἴχνη εὐναῖα, δρομαῖα.*

Quae sint vestigia *εὐναῖα* ex *Cyn.* V 7 colligimus: *ὄζει δὲ τῶν ἰχνῶν ἐπὶ πλείω χρόνον τῶν εὐναίων ἢ τῶν δρομαίων.*[1] *τὰ μὲν γὰρ εὐναῖα ὁ λαγῶς πορεύεται ἐφιστάμενος, τὰ δὲ δρο-*

[1] « Volksthümlich ist ferner vielleicht *ὄζει* impers. (5, 7 *ὄζει δὲ τῶν ἰχνῶν*) » [adde V 1 et 13] Raderm. p. 121, qui unum exemplo affert locum Ps. Lys., *κατ᾽ Ἀνδοκ.* 2 *ὄζειν ἐδόκει τοῦ ἄρτου κτλ.* Cum his locis (genetivis hic significatur unde vapores exhalentur) conferendum puto *ἀπόζειν* impersonaliter dictum ap. Herod. III 113 *ἀπόζει τῆς χώρας - ἡδύ.* Subaudiri v. *ἡ γῆ* opinatur Mewaldt ap. Pfoertner p. 7, *τὰ ἴχνη* Pfoertn.

μαῖα ταχύ· ἡ γῆ οὖν τῶν μὲν πυκνοῦται, τῶν δὲ οὐ πίμπλαται. Blanio *εὐναῖα* sunt, adstipulante Schn., *the scent of the hare going to her form;* Kühnio autem, ad Poll. V 12, *εὐναῖα* vestigia ea sunt quae ducunt ad ferarum cubilia, *δρομαῖα* quae cursum ferae arguunt.

Equidem intellego *τὰ εὐναῖα* esse leporis *τοῦ εὐναίου*, ea scil. quae lepus imprimit cum tranquille haud longe a cubili interdum subsistens obambulat, saltuatim incedens (V 31 *ὅταν ἀτρέμα διαπορεύηται πηδᾷ - βαδίζοντα δὲ οὐδεὶς ἑώρακεν οὐδ᾽ ὄψεται,* propterea haec vestigia altius imprimuntur); *τὰ δρομαῖα* autem leporis *τοῦ δρομαίου*, scil. a canibus excitati semel saepiusve aufugientis, cuius vestigia (quae canes *ἐν ταῖς μεταδρομαῖς* scrutantur) minus, ut par est, eius vapore signantur. Igitur lepores *εὐναῖον* atque *δρομαῖον* eos intellego quos Hesychius dixit I p. 507: *Δρομαῖος λαγωός, ὁ ἐν δρόμοις ἁλισκόμενος, εὐναῖος δὲ ὁ ἐν κοίτῃ.* At, quod ad *τὰ δρομαῖα ἴχνη* pertinet, Hesychii illud *ἐν δρόμοις* esse *ἐν ταῖς μεταδρομαῖς* patet; nihil enim ad *τὰς διώξεις*, cum canes feram vident atque comminus urgent, vestigiorum indagatio attinet. Accuratius autem dicendum fuit *εὐναῖος δὲ ὁ ἐν κοίτῃ εὑρηθείς* vel sim.; quem canes excitant cursuque persecuntur *(διώκουσαι).*

Itaque ex V 7 atque ex V 9 *οἱ δὲ δρομαῖοι οὐχ οὕτως διὰ τὸ ὑπὸ τῶν κυνῶν ἔκπληκτοι γίγνεσθαι* [an *γίγνεσθαι ⟨ἀεί⟩*? cf. VIII 4] lepores *τοὺς εὐναίους* ‘ securum agere aevum ’ colligimus, utpote qui nondum canum insectationes sint experti.

Ergo aliam, paene dixi contrariam, significationem mihi deprehendere videor ap. Sophoclem *Δόλ.* (fr. 174 Pearson I 120) *εὐναῖος εἴη δραπέτιν στέγην ἔχων.*

Pavidum leporem qui in occulto latet hic *εὐναῖον* dici patet (fuit in proverbio *λαγὼ βίον ζῆν*). Confirmant Photius *lex.* p. 35, 12 qui satis apte: *εὐναῖος· ἐγκεκρυμμένος. Σοφοκλῆς Δόλοψιν ‘ εὐναῖος - - ἔχων ’* (cf. *Etym. M.* p. 393, 94), Hesychius, qui aptius II p. 227: *εὐναῖος. λαγώς. Σοφοκλῆς Δόλοψι. καπτηχής (κατεπτηχώς* Nauck).

Neque assentiendum esse vid. Schneidero, qui suspicatus est ante hunc versum ‘δρομαῖος καταπτηχής verba nominata fuisse’ atque haec secuta esse: ‘καὶ μὴ εὐναῖος sed δραπέτιν στέγην ἔχων’. Poetam haud termini techn. vim respexisse liquet.

Quae cum statuerimus huius praecepti VII 2 πρὸς δὲ τὰ ἴχνη τὰ εὐναῖα ... [9] τὰ δὲ δρομαῖα ... μεταθεῖν ἐᾶν quae sit vis recte fortasse intellegemus, si meminerimus ἐν ταῖς ἰχνείαις canes leporem τὸν εὐναῖον investigare, donec eum ἐν τῇ εὐνῇ inveniant; ἐν ταῖς μεταδρομαῖς autem leporis iam procul elapsi vestigia premere. Monet enim Xen. ut catuli per vestigia δρομαῖα ducantur — recte; si enim in eam consuetudinem adducerentur ut vestigiis εὐναίοις, quorum vapor est acrior, insisterent, facile τὰ δρομαῖα postea contemnerent — atque loro alligati; hoc quoque recte; alioqui enim investigando, ad leporem in cubili iacentem accederent, eumque excitarent cursuque urgerent comminus agitantes; quod vetat Xen.; periculum enim esse docet ne, si feram prope viderint, rumpantur (s. 8 ὁρῶσαι τὸν λαγῶ ἐντεινόμεναι ῥήγνυνται).

Catulos igitur non διώκοντας sed μεταθέοντας leporem, quem canes iam aetate provectae excitaverint, persequi iubet. Cf. Arrian. XII 4 ἀλλὰ μηδὲ σκληρὰν κύνα καὶ πεπηγυῖαν (v. XXV 1 κύων εὐπαγὴς - καὶ μὴ ὑγρομελής) ἅμα τῇ σκυλακευομένῃ λυέτω· βαρεῖα γὰρ αὕτη καὶ ἀνιαρὰ συμφέρεσθαι, καὶ διώκουσά τε αἱρεῖ καὶ ἀποφεύγει κτλ.

Quae si ita sunt, cod. A scriptura ἕως ἂν ἕλωσι τῷ ἴχνει μεταθεῖν ἐᾶν nihil habet fort. quod suspicionem moveat (ἔλθωσι B M, εὕρωσι Leoncl., ἐθέλωσι Weisk., ἐπῶσι Schönbrunn; τῷ ἴχνει delent Leoncl., qui τῶν ἰχνῶν add. post δρομαῖα, Dind., Rühl, March.). Nisi fallor τῷ ἴχνει (sc. vestigiis insistendo ἐν ταῖς μεταδρομαῖς) ἑλεῖν opponitur τῷ τῇ διώξει ἑλεῖν.

Hic quoque igitur ἰχνεῖαι, διώξεις, μεταδρομαί apte distinguuntur.

Alio denique loco vestigia εὐναῖα atque δρομαῖα commemorantur: III 8 ὅσαι δὲ τῶν κυνῶν τὰ ἴχνη τὰ μὲν εὐναῖα ἀγνοοῦσι, τὰ δὲ δρομαῖα ταχὺ διατρέχουσιν, οὐκ εἰσὶ γνήσιαι.

Haec Schn. adnotat: ‘εὐναῖα] Weiskius ait haec esse minus alte impressa... Contrariam esse rationem τῶν δρομαίων’. Quae si ita essent, nihil difficultatis praeberet locus. At contra, τὰ εὐναῖα altius esse impressa eorumque facilius percipi vaporem posse ex *Cyn.* locis quos attuli manifestum est.

Haec igitur erit sententia: canes has, prave ἰχνευούσας, sc. ad inveniendum investigando leporem prorsus ineptas, ἐν ταῖς μεταδρομαῖς tantum, sc. cum leporem fugientem iam viderint, vestigiis insistere; hoc quoque tamen neglegenter.

Restat ut pauca dicam de V 33: οὕτω δὲ ἐπίχαρί ἐστι τὸ θηρίον (lepus), ὥστε οὐδεὶς ὅστις οὐκ ἂν ἰδὼν ἰχνευόμενον, εὑρισκόμενον, μεταθεόμενον, ἁλισκόμενον ἐπιλάθοιτ’ ἂν εἴ του ἐρῴη. Nihil ad h. l. interpretes. Haec tamen animadverto. Leporem ἰχνευόμενον nemo videt; post εὑρισκόμενον autem exspectes διωκόμενον.

Ne quis, autem, haec exquisitiora esse arbitretur, compara, quaeso, Hermog. π. ἰ. III 319: ὥς που καὶ τοῦτο αὐτὸς ἐπεσημήνατο ὁ Ξενοφῶν εἰπὼν ἥδιστον εἶναι θεαμάτων ἰδεῖν τὸν λαγὸν ἐξανιστάμενον (= Xen. εὑρισκόμενον), φεύγοντα (sc. διωκόμενον), μεταδιωκόμενον (= Xen. μεταθεόμενον), ἁλισκόμενον, atque Arrian. *Cyn.* XVI 6 καὶ τούτου μόνου ἕνεκα οὐ ξύμφημι τῷ ἐμαυτοῦ ὁμωνύμῳ, ἀλλὰ εὑρισκόμενον μὲν ὅστις ἴδοι τὸ θηρίον καὶ διωκόμενον καὶ μεταθεόμενον, ξυγχωρῶ διότι ἐπιλάθοιτ’ ἂν εἴ του ἐρῴη· ἁλισκόμενον δὲ ἰδεῖν οὔτε ἡδὺ τὸ θέαμα κτλ.

Restituendum igitur censeo ap. Xen. ἰδὼν εὑρισκόμενον, διωκόμενον, μεταθεόμενον, ἁλισκόμενον. Suspicor autem quempiam, haud satis rei venaticae peritum, cum διωκόμενον v. idem atque μεταθεόμενον valere sibi persuasisset, διωκόμενον illud molestum sustulisse atque, ex correct., ἰχνευόμενον suo iure ante εὑρισκόμενον collocasse.

Ut, denique, a *Cyn.* ad alia Xen. scripta aliosque scriptores transeamus, conferendi sunt loci nonnulli: *Hipparch.* IV 18: καὶ οἱ λύκοι δὲ τά τε ἐρημούμενα φυλακῆς ἀγρεύουσι

καὶ τὰ ἐν τοῖς δυσοράτοις κλέπτουσι, κἂν μεταθέων γέ τις ἐπιγίγνηται κύων κτλ. Recte; haud enim lupos quos excitaverunt aufugientes cursu urgent canes sed ad eos iam procul elapsos indagando pervenerunt.

Cyr. II 4, 24 καὶ ἢν μὲν ἀνθιστῆται, δῆλον ὅτι μάχεσθαι δεήσει· ἢν δ' αὖ ὑποχωρῇ τοῦ πεδίου, δῆλον ὅτι μεταθεῖν δεήσει, et 27 ἀλλ' ὅπῃ ἂν τὰ θηρία ὑφηγῆται, ταύτῃ μεταθεῖς, ubi de studiose sequendis, haud de vehementer urgendis feris vel hostibus agitur. Praeterea Plat. *Lach.* 194 b: οὐκοῦν ... τὸν ἀγαθὸν κυνηγέτην μεταθεῖν χρὴ καὶ μὴ ἀνιέναι; *Parm.* 128 c: ὥσπερ σκύλακες εὖ μεταθεῖς καὶ ἰχνεύεις τὰ λεχθέντα.

Soph. 226 a: μεταθέοντας ἴχνος cet.; cf. *Polit.* 351 E. τὸ τῆς ἀληθεστάτης πολιτείας ἴχνος.

Eam igitur termini techn. propriam significationem, ad cupiditatem aliquid iam cognitum calliditate quadam assequendi vel studiose aliquid sequendi, tamquam vestigia premendo, significandam, in translationibus quoque remansisse intellegimus.

AD MANILII Q. D. ASTRONOMICA

Manilii q. d. Astronomica egregie edidit Jacobus van Wageningen (Teubn., MCMXV), codd. M(atritensi), L(ipsiensi), G(emblacensi) nisus. Quorum M primum obtinet locum; libro autem G tantum ad L melius cognoscendum utendum esse statuit Thielscher (Philol. 1907, p. 121). Utcumque de G iudicandum est, ubicumque M L G inter se consentiunt (consensus O littera indicatur), gravissimo nos niti argumento patet, quo ibi archetypi lectionem exhiberi contendamus, praesertim cum is qui M exaravit 'ignorantissimus omnium viventium' (Poggius, in epist. quam ed. Clark, ClR. 1899, p. 125), nihil eorum quae describeret intellegens, 'tamquam machina quaedam' (Wagen., p. V) litteras potius quam verba descripserit.

At hunc archetypum haud satis vitiorum immunem fuisse constat, quibus quot viri quanto ingenio quantaque doctrina praediti, inde a Scaligero illo, artis criticae principe, medelam conati sint afferre longum est dicere.

Attamen, nisi fallor, haud omnes emendatt. adhuc prolatae eae sunt quae nihil dubii relinquant; praeterea est ubi vereamur ut viri docti in verbis traditis recte acquieverint. Liceat igitur mihi (quamquam in viam, in qua tot ingeniosissimi iudices tam alte vestigia impressissent, titubanti pede me ingressum esse fateor) paucas hic quidem brevesque adnotationes proferre, de pluribus locis, qui longiore explicatione egere vidd., mox disputaturo.

I 10. das animum viresque facis ad tanta canenda.

Hoc loco (*facis*) atque semel praeterea (I 876 *futtilibus*) in *Astron.* ultimam brevem syllabam ictus vi productam scimus (Housman ad h. v., Wag. p. 185).

Hunc 'Graecanicum morem' (Housm.) in reliquis libris a poeta abiectum esse videmus. Quod suspicionem movet,

cum praesertim *facis* hoc in poematis initio legamus, *Astron.* autem librorum prooemia valde artificiose contexta esse pernotum sit.

Facis et vires em. Burton; *excis* Lachm. ad Lucr. VI 385; recepit Breit. (' Manilius ist in metrischen Dingen sehr streng '); respuit Kleingünther, *quaestt. ad Astr.*, p. 16 (' *vires excire* nusquam occurrit... nedum v. *excire* a Man. usurpetur '), qui voluit *viresque habiles*. Revera adiectivum aliquod sub *facis* v. latere suspicari licet. Cf. locos, qui ad verborum *viresque facis* sententiam confirmandam afferuntur, Verg. *Aen.* II 617 animos viresque secundas, Stat. *silv.* I 4, 22 viresque novas animumque. Fuitne:

das animum viresque paris ad tanta canenda?

Impares autem sibi vires esse poeta mox confitebitur, cum ei

per numeros ignotaque nomina rerum
temporaque et varios casus momentaque mundi
signorum vices partesque in partibus ipsis

luctandum erit;

III 1 ss. In nova surgentem maioraque viribus ausum
nec per inaccessos metuentem vadere saltus
ducite, Pierides.

Ad v. 876 (*futtilibus*) emend. adhuc prolatas haud sine causa respuit Housman.

I 66 sqq. Post Aegyptios Chaldaeosque, astrologiae inventores, magnificentissimis versibus (cf. Lanson, *de Man. poeta*, p. 98) laudatos (v. 40 sqq.), pergit poeta:

66 nam rudis ante illos nullo discrimine vita
in speciem conversa operum ratione carebat
et stupefacta novo pendebat lumine mundi,
tum velut amissis maerens, tum laeta renatis
70 sideribus, variosque dies incertaque noctis
tempora nec similis umbras iam sole regresso
iam propiore suis poterant discernere causis.

Tradita verba v. 69 sqq. nullo modo ferri posse liquet. Pro *poterant* (72) requiri *non poterant* primus animadvertit Huet, qui (71) *nec* pro *iam*; at ' si unum *iam* abstuleris, quid fiet de altero?' recte Bentl., qui (72) *impar* scripsit pro *poterant*. Iacobi interpretat. (' ea aetas pendebat stupefacta causasque discernere poterat, quia *pendere* est nescire quid iudices '; in Ind.: '*pendebat. vix poterat*') suo iure improbavit Housm. Ellis autem, *Noctes Man.*, p. 3, Bentleio oblocutus (' *impar* in *poterat* cessisse quis credat?'), *non* pro *nec* (71) legit, ut *non* ad *poterant*, non ad *similis* referatur; at recte senserant Bentl., al., v. *nec similis* separari non posse (= *et non similes, et dissimiles*). Pro *variosque* (70), *variosne* Postgate (J. of Phil. XXV p. 266 sqq.), ' qua interrogandi forma (*poteratne discernere*) inepte poeta lectores docens pro negatione uteretur; aptius erat: *quo pacto poterant?*' Housman, qui v. 72 sic refingit: *iam propiore suis discernere nescia causis*. Pro *sideribus* (70), *sidere nec* (atque 69 *amisso -renato*) Breiter. Wageningen denique *haud cernere* dubitanter pro *discernere*.

Malim *vix cernere*, palaeographiae ratione habita; de *vix* fere negandi vi adhib. cf. Hey, Archiv L L XI p. 627. At fort. aliud sententia postulat.

In v. 60 sqq. aliquem quidem inter *Astron.* atque Lucretium verborum consensum deprehendimus (Lucr. V 925 sqq. ~ *Astr.* 60 sqq.; L. V 1452, 3 ~ *A.* 61; L. V 1314 ~ *A.* 66; .... L. V 1185 *nec poterant quibus id fieret cognoscere causis* ~ *A.* 71, 2; cf. Wag. p. 190); at, quod ad sententiam attinet, vereor ut poetae hi recte inter se comparentur.

Etenim *Astr.* poeta haud de primis ferisque hominibus, sed de iis locutus est qui ante astrologiam inventam fuerunt (66 *ante illos*, Aegyptios Chaldaeosque, reges sacerdotesque). Neque eos miseratus esse vid.; cf. v. 78 *se quisque satis novisse putabant* (*se* L G V; M a v. 83 incipit; *sed* C, Iacob, quem redarguit Housm.). Quae v. sic interpretatus est G. Bandini (Milano, 1737): ' e ognun credea d'aver compreso a pieno | di se medesmo conoscenza avendo';

atque Pingré (1786): ' on croyoit qu' il suffisoit à l'homme de se connoître lui-même ', in nota tamen addens: ' on pourroit aussi traduire (recte, procul dubio): et chacun étoit content du peu de connoissances qu' il avoit '.

Sollertia deerat (v. 73); iisque ergo quae noverant contenti vivebant neque quidquam ultra solliciti requirebant. Cum autem *longa dies* (79 sqq.) *acuit mortalia corda | et labor ingenium miseris* (sc. hominibus qui facti erant miseri) *dedit et sua quemque | advigilare sibi iussit fortuna premendo* (tunc miseri coeperunt esse homines suaeque miseriae conscii; ' la fortune, en contrariant les desirs de l'homme, l'eût convaincu de la nécessité ou il étoit de veiller à son bien-être ' Pingré), tum demum homines ad ea quae usque ad illud tempus tamquam inutilia neglexissent sprevissentque animos mentesque converterunt.

Equidem igitur pro *poterant* aliud v. requiri suspicor, quo securos homines, iis quae novissent contentos, antequam fortuna premendo eos miseros fecit, terram scrutari, in ignota maria regionesque penetrare, mundi rationem fatorumque vices discernere neglexisse significetur.

Atque, nimis audacter fateor, versum emendandi periculum facio coniciens:

iam propiore suis ⟨s⟩p r e r a n t discernere causis.

Novo insolentique vocabulo (*sprerunt* Prud., *diptych.* 123; Neue-Wag. III 486) effectum esse ut (de *s* litterae postremae vel primae haplographia, ut II 161, IV 96, in codd. obvia cf. e. g. Gudeman ad Tac. *Agr.* XI 11, ClR XL, 1897, p. 327), *[s]prerant* in *poterant* abiret suspicor.

Quod *sprerant* haud prorsus ab *Astr.* poetae ingenio abhorrere dixeris.

Fere constanter in *Astr.* in perfecti et plusquamp. et indicativo et coniunctivo verba esse contracta docet Cramer, *Man. elocut.*, p. 30 sq. Neque fort. hoc semel dictum *sprerant* poetam dedecere putes, apud quem semel dictum *strarat* (I 776) legimus. Cum autem verborum insolentes formas

contractas ap. priscos scriptores haud semel reperiamus (*strasset* Varro; *crerint* sim. Lucr., cet.; de his perf. cum metath. cf. Kühner-Holzw. I 788), hoc *ἅπ. λεγόμ.*, ex obsoleta vetustate fort. haustum, haud prorsus intolerabile dixeris, cum praesertim in *Astr.* l. I prooem. archaismis poetam indulsisse videamus. Etenim ex tribus vetustis illis verbis quae in *Astr.* reperiuntur *clepsisset, itiner* (si genuinum est), *apiscendis* (Cramer, p. 32), duo priora in hoc prooem. legimus. *Sprerant*, sc. usque ad illud tempus; attende *necdum... fecerat.*

II 358 s. debilia alternis data sunt commercia signis
mutua nec magno consensu foedera servant.

v. 358 *debilia* Jacob, Breit.; hoc vel *deuia quae* Ellis; *duvaque* M *dubiaque* G [1] s. scr. *deuia ; euiaque* L; *at dubia* Bentl., *quin dubia* Garrod.

Alicuius momenti, ad exputandum quae genuina lectio fuerit, *euiaque* illud cod. L esse vid. Fuitne *t e n u i a q u e* *(t e ū i a q u e)*?

Ferri autem *-que* copula posse vid.; antea enim (v. 353 ss.) docuit poeta multo maiorem vim esse per signa trigoni

quam quibus est titulus sub quarto quoque quadratis.

Tenuis igitur vis tetragonis; tenuiaque hexagonis quoque commercia.

Nisi mavis *tenuia ⟨at⟩ alternis.*

Suspiceris *tenuia* alio quoque loco restituendum esse, I 582 ss. (de brumali circulo agitur):

proximus hunc ultra brumalis nomine limes
ultima designat fugientis limina solis
invidaque obliqua radiorum munera flamma
dat per iter minimum nobis.

v. 584 *invidaque* Scal. (*invida cum* Bentl., Housm.) *inuiaque* O (tuetur Iacob: ' invia munera sunt quae obliquis radiis vix ad nos perveniunt '; at Breit.: ' *inviaque* O ist unverständlich '). Jacobi edit. usus (cf. p. XII) sic interpretatus est Rossetti: ' e a noi concede il dono | di scarso

lume per l'obliqua fiamma'. Hic quoque haud scio an legendum sit *tenuiaq.* pro *inuiaq.* Cf. II 378 et tenuis vires ex longo mittit in orbem.

Fort. *inuia* atque (II 358) *duua, deuia, dubia* correctori debentur quem *tenuia* v. primam syllabam productam esse fugerat.

III 1 ss. In nova surgentem maioraque viribus ausum
nec per inaccessos metuentem vadere saltus
ducite Pierides. vestros extendere fines
conor, et dignos in carmina ducere cantus.
non ego in excidium caeli nascentia bella *etqs.*

v. 4 *et dignos* M L *et indignos* G *et indictos* Bech. cum cod. Bodl., Ellis (qui tamen dubitat '*indictos in carmine* iunxeritne Manilius - unsaid in song - an *in carmina ducere indictos cantus* is dicatur qui in poema invehit res a nullo ante versibus commemoratas'), *et inriguos* Scal. (redarguunt Pingré, Ellis). — *carmina* M G *carmine* L. *In carmina ducere cantus* mihi quidem tautologiam quodammodo sapit. *Conōr* autem vix toleres; neque ullum aliud exemplum ultimae syllabae in prima thesi productae in *Astron.* reperimus. 'Lectio incerta' Wag.; cf. Cramer p. 19.

Breiter *fines* (v. 4) et *conor* (v. 3) sedes inter se mutare iussit, *in* metri causa additum censuit.

Equidem suspicor genuinam lectionem esse *et in dignos;* perperam autem descripto *et indignos* (ut in G legimus) iam in archetypo codd. M L, sententiae causa, ex corr. factum esse *et dignos in;* inde *carmina* pro *carmine* quod servavit L. Repono:

conor et in dignos (u o s) carmine ducere cantus.

Cf. II 43 'Musamque inducit in arva' (de Theocrito); atque, si iocosa licet componere seriis, *Priap.* II 4 ss.

nec Musas tamen, ut solent poetae,
ad non virgineum locum vocavi,
nam sensus mihi corque defuisset

castas Pierium chorum sorores
auso d u c e r e
ad impudica verba audienda.

IV 366 s. nec tua sub titulis fallantur pectora notis;
dissimulant non ostentant mortalibus astra.

v. 367 *ostentant* Jacob (hoc v. nusquam alias in *Astron.* reperiri admonet Ellis), Breit., *se ostentant* Bentl., *ostendunt* Regiomontanus, Scal. [3], Ellis; *ostentur* O.

Sub illo quod O praebet *nonostentur* latere mihi vid. *n e m o n s t r e n t u r*.

IV 421 et modo portus erat pelagi, iam vasta Charybdis.

Sic omnes distinguunt; fort. distinguendum:

et modo portus erat, pelagi iam vasta Charybdis.

IV 423 s. et nunc per scopulos, nunc campis labitur amnis
aut faciens iter aut quaerens uritve reditve (O).

v. 424 *uritve: serpitve* F (Jacob), *transitve* Huet, *curritve* Barth, quod recepp. omnes, praet. Jacob, qui *uritve* serv. Nihil mihi quidem aptius vid. v. 424, quem Scaligerus pro adulterino habuit, cum aquae illius cursum aut properantis, aut ante obstantia titubantis refugientisque dum iter quaerit, tam belle poeta pingat.

Qui locus mihi Virgilii *Aen.* XI 624 ss. memoriam affert (atque fort. in his, ut saepius — cf. Cramer, p. 62 ss. — Virgilianum quiddam agnoscas):

Qualis ubi alterno procurrens gurgite pontus
nunc ruit ad terras scopulosque superiacit undam
spumeus extremamque sinu perfundit arenam;
nunc rapidus retro atque aestu revoluta resorbens
saxa fugit, litusque vado labente relinquit.

At *curritve reditve* vix probes; contrapositas sententias exspectes (ut, puta, *ceditve reditve*), quas, saepe allitterationi ansam praebentes (v. disputatiunculam *l'Allitteraz. nell'Astr.*, quam a. MCMVII edidi) in deliciis poetae fuisse constat.

Cf. I 653 *reddit*)(*recipit*, 862 *sequiturque fugitque*, II 73 *fugere*)(*fugare*, 96 *reddis*)(*repetis*, 160 *addit*)(*aufert*, 957 *recipitque refertque*, III 557 *recedit*)(*redit* cett.

Nisi fallor *uritve* ex *ugitve* correctum est, ut sensus aliquis inde erueretur, ante quas litteras *ref* excidisse suspicor propter *-rens (rē∫)* quod antec.

Repono:

aut faciens iter aut quaerens, ⟨r e f⟩u g i t v e reditve.

Chiasmus arridet.

IV 430 ss. hae mihi signandae proprio sunt carmine partes.
sed quis tot numeros totiens sub lege referre,
tot partes iterare queat, tot dicere summas
per partis causas?

Sequitur CII damnandarum partium enumeratio. In qua poeta adfirmat maximam inesse difficultatem; neque iniuria, cum in LV versibus CXL numeros legamus.

Quid autem *summas* v., vel adiectivum vel substantivum, sibi vult? Haec Ellis, p. 128: 'quis non *summas* substantivi loco positum credat, cum iam in eo sit poeta ut singulis in signis partes recenseat noxias a prima ad trigesimam? Quae cum in singulis sint diversae, mirum quantum se poeta torserit eas varie expositurus. Hoc praevidens rogat *quis tot numeros referre, tot partes iterare, tot summas dicere queat?* Nec multum placet *per partis* post *tot partis...*'. Emendat igitur *perque paris causas*, quae cum iis quae secuntur coniungit; *proque artis causis* Bentl.

V. *partis* iteratio, nisi fallor, nihil habet quod suspicionem moveat. Etenim, praeter difficultatem quae est in numeris signorumque partibus varie exponendis, aliam eamque magnam superesse ait poeta, cui totiens has partes noxias esse sit dicendum, sc. in his partibus 'accusandis'; nam *causa* v. ad morbum culpamve significanda nonnumquam transisse scimus. A qua quidem difficultate quam ingeniose se poeta expedierit vide: *non salubris, mala, nocens, pestifera, non melior, noxia, non immunis, timenda, non utilis, inutilis, rea, metuenda, non optanda, nocens, damnanda...; nocet, laedit, rabit, luctum portat, caret caelo salubri...; ne selige, fuge* cet.

At *summas* v. vix sanum. Conicio:

tot partes iterare queat, tot dicere s u m a t
per partes causas?

Sumat facile in *sumas* abiit; cet. de *sumas* (ex sumendi v.) scripto *sumas* cf. PLM ed. Vollmer II 2, p. 38; adde *Astr.* III 488 *su(m)mis*, II 958 *consu(m)mat*, al.

IV 525 ss. sed geminos aequa cum profert unda tegitque
parte, dabit studia et doctas producet ad artes,
nec triste ingenium, sed dulci tincta lepore
corda creat vocisque bonis citharaeque sonantis
instruit et dotes saltus cum pectore iungit.

v. 529 *saltus* L G *salius* M.

Saltus = ἅλμα (de palaestra), *pectore*, absolute, de ingenio, Jacob; *alio* vel *salium* = 'iocorum, facetiarum' aut = 'Saliorum', Scal.; *dotem cantus cum pectine* Bentl., 'aber der Gesang ist schon vorher erwähnt' Breit., qui *Salium* (= Saliorum) cum Scal., *pectine* cum Bentl.

Equidem molles levesque saltationes quid cum Saliorum 'tripudiis sollemnique saltatu' (Liv. I 20, 4) commune habeant vix intellego. Neque autem ullam 'saltus' mentionem IV 152 ss. reperio:

mollius e geminis studium est et mitior aetas
per varios cantus modulataque vocibus ora
et gracilis calamos et nervis insita verba
ingenitumque sonum.

Repono:

instruit et dotes a v i u m cum pectore iungit,

quibus verbis, nisi fallor, poeta ea quae fusius antea explicavit apte concludit.

Dotes animi: vocis bona; pectus: dulci tincta lepore corda (sc. ingenium ad canendum proclive, avium proprium) inter se chiasmo respondent. In homine, ut par est, canendi studium cum rei musicae peritia coniungitur; cf. V 330 'hinc venient vocis dotes chordaeque sonantis'.

De *s* litterae postremae vel primae dittographia, obvia in codd. errorum causa, cf. I 844, II 600, III 239. Ex *sauiu(m)* autem facile *saliu(m), salius* (M), *saltus* ortum esse fort. concedas.

IV 573 ss. neve sit ad primos animus procedere Pisces:
garrulitas odiosa datur linguaeque venenum
verba maligna novas mutantis semper ad auris,
crimina per populum populi ferre ore bilingui.

v. 574 *venenum* Monac. 15743, edd. vett., Bentl.: *moventum* O, 'fortasse *vomentum*, ut *linguae* sit nominativus' Jacob (redarguit Ellis: 'nam ut Val. Fl. II 122 Fama motis quatit oppida linguis ... sic linguosi hic dicuntur *movere verba maligna*').

v. 575 *mutantis: musantis* Regiomontanus, Bonincontrius, *mussantis* edd. vett., Scal., Bentl.

v. 576 *ferre: fert* edd. vett., Scal., *seret* Bentl. ('leichter wäre *feret*' Breit.).

Haec Ellis: 'verba sic struo: asperitas odiosa datur (dantur)que linguae (nominativus) moventum verba maligna et (datur) mutantis (accus.) semper novas aures, crimina populi ferre ore bilingui per populum. Malim tamen *mutanti* scribere ... estque hoc accommodatius ad praecedens *datur*'.

Breiter autem (*moventum* servato, post *maligna* distincto): 'Zeigt *ferre* leichten Wechsel der Konstruktion; ergänze *datur* aus 574'.

Equidem (cf. Val. Fl. l. supra all. *motis ... linguis*) conicio: linguaeque m o v e n t u r | verba maligna novas mutantes (nomin.) *etqs.* Infinitivi *ferre* solutiorem structuram nonnihil difficultatis habere concedo; estne infin. fin. q. d. ex *moventur* pendens?

Cur denique sub Piscium signo natis garrulitas sit tributa linguarumque nimia volubilitas ex piscium irrequieta mobilitate satis explicatur; neque fort. Breitero est assentiendum: 'Mit guten Humor leiht M. dem Gestirn (*'ἄφωνα'*) Redseligkeit, Klatschsucht..'.

IV 608 ss. sed prius in laevam se effundens circuit omnem
Italiam atque Hadriae comitatur nomine pontus
Eridanique bibit fluctus; secat aequore laevum
Illyricum Epirumque lavat claramque Corin- [thum *etqs.*

v. 610 *laevum* Scal.: *bellum* O (*velum* edd. vett.). Hoc atque *secat* v. suspicionem movent.

Secat apte v. 621 'Icarium Aegeumque secat'. Neque iniuria Bentl.: 'si (Mediterraneum m.) *secat Illyrium*, intrat et medium dividit; quod falsum'; emendavit ergo *dehinc aequore laevum*. *Laevum* autem totiens in paucis versibus iteratum (v. 602, 8, 10, 13) haud satis placet; respuitque Ellis, qui pro *bellum* scribendum esse *littus* aut *vallum* censuit.

Equidem, totum hexametri exitum refingendum esse suspicor. Nimis audacter, fort.; at eum qui consideraverit quam monstruose Astron. librarii saepius verba vel discerpserint vel inter se coniunxerint, ea quae sibi legere viderentur temere describentes (cf. e. g. II 839, 899, 940; III 395, 507 al.), veniam mihi daturum esse spero.

Ea aetate, qua Astron. poema compositum esse fere constat, Romanorum arma contra Dalmatiam illam, ut Vellej verbis utar, 'annos viginti et ducentos r e b e l l e m', rursus mota esse scimus (Dio LVI 16, 17). Quid si pro *-re bellum* scriptum fuisse credimus *rebelle? Rebellis* adiect. bis ap. Virgilium (VI 858, XII 185); utrumque in hex. exitu.

Ad ea autem quae antecedunt emendanda dubitanter pro *secataequo* propono *sequiturque* (cf. 609 *comitatur*).

IV 686 ss. maxima terra viris et fecundissima doctis
urbibus: in regnum florentes oris Athenae,
Sparta manu, Thebae divis, et rege vel uno
princeps Pella domus, Troiani gratia belli

Thessalia Epirosque potens vicinaque ripis
Illyris et Threce Martem sortita colonum,
et stupefacta suos inter Germania partus *etqs.*

v. 690 *vicinaque ripis: vicinaque Cadmum* [sc. *sortita*] Bentl., *vicinaque Pyrrhi* (at genet. cum *vicinus* adiect. *Astron.* poetam 'non magis ponere' solitum esse quam ceterorum plerosque recte admonuit Housman ad I 311) Rossberg, *incinctaque rupis* Postgate Quas emendatt. respuit Kleingünther, *textkritische ... Beitr.*, p. 30, coniciens *vicinaque Raetis.* Haec Jacob: 'Sub *ripis* aliquid latere puto, sed nihil exputo. Etiam P. Francius in nott. mss. nomen proprium latere ait'. V. *ripis* ex *potens* v. pendere censet Bechert; cf. Pingré: 'l'Illyrie, qui en est voisine, est renommée par la beauté de ses côtes'. Breiter denique sic interpretatur: *vicina Epyri ripis.* At inter cett. regionum laudes, humanitate opibus fama belli virtute nobilium, haec frigere quis neget?

Illyriorum tamquam notam praecipuam haud semel ap. scriptores piraticam legimus. Equidem poetam, qui *Θρῄκης Ἄρηι κάτοχον γένος* (Eur., *Hec.* 788) atque ferorum (cf. I 188) Germanorum ingentia corpora laudavit, Illyrios 'latrociniis maritimis infames' (Liv. X 2) commemorantem, de horum praedonum crebris in maritimas oras incursionibus mentionem haud inepte facere potuisse iudico. Scripsitne i n i m i c a q u e ripis?

Belli, post alia multa (cf. quae dixi ad IV 608), paulo ante contra Illyricum feliciter gesti (Suet., *Aug.* 21) memoria poetae animum fortasse subiit.

IV 828 ss. concutitur tellus validis compagibus haerens
subducitque solum pedibus, natat orbis in ipso
et venit Oceanus pontum sitiensque resolvit
nec sese ipse capit.

v. 830 *et vomit - resorbet* Scal.; recepp. Bentl., Jacob; *et vomit - resorbit* Ellis.

Scaligeri emendatio facilis eademque probabilis videtur; nisi quod, fortasse, post *ipso* distincto, *et vomit* in *evomit* mutandum.

Cf. IV 607 *enatat* M *et natat* L G ; 904 *edomuit* M G *et domuit* L ; V 60 *ementita* G *et mentita* M L ; 131 *egelido* M *et gelido* L G ; al.

V 354 ss. ille tenet medicas artes ad membra ferarum
et non auditos mularum tollere morbos.
hoc est artis opus, non exspectare gementis
et sibi non aegrum iam dudum credere corpus.

v. 355 *mularum* Postg., *mutarum* Reg., Scal., Ellis: *mutarunt* O.

v. 356 (*sed* pro *et* scripto) ante 355 transp. Bentl., qui 354 *m. herbas - ferorum* (sc. equorum), 355 *mutorum* legit.

v. 357 *aegrum* Laur. XXX 15, *aegros* O ; *corpus : tales* (*aegros* servato) Bentl., *curas* Jacob, *cordi* Rossberg.

Quod autem ad enuntiatorum structuram pertinet, infinitivos v. 355 ss. ex v. *medicas artes* 'per epexegesin quandam pendentes' facit Ellis, 'quam duriorem appositionis formam aliquatenus mitigatum iit poeta inserto per parenthesim *(Hoc est artis opus)*'. 'An *artes* schliesst sich der Infinitiv *tollere* appositionell an' Breit.

Quae denique v. 356. 7 sit sententia haud satis convenit. *Aegrum* 'accipiendum quasi bis positum esset, *et iamdudum credere corpus aegrum, quod sibi non est aegrum*' Gronovii est sententia; idem fere Bentl.: 'iamdudum credere et praesentire equos esse aegros priusquam ipsi se aegros esse sentiant'. *Aegro* (pro *aegros* O) Ellis, recte, opinor.

Cui tamen sic (p. 185) interpretato: '*et aegrum corpus iamdudum non credere aegro sibi,* quae est ars medici maxima, ut iam aegrotanti prius succurrat quam relictus sibi morbus invaluerit' suo iure oblocutus est T h o m a s, *Notes... sur Man.*, 1892, p. 23: '*non,* vu la place qu'il occupe, doit porter sur *aegro* et non sur *credere*'. At huius v. d. neque emendationem *(reddere* pro *credere),* neque interpretationem: 'et de rendre depuis longtemps l'embonpoint (c'est-à-dire la santé) à l'animal [*aegro*, cum Ellis] qui (était malade mais qui) ne se sentait pas malade' probaveris. Breiter denique

(qui *mularum* et *aegrum*): 'den Körper als krank erkennen der sich nicht krank erscheint'.

Equidem nodum hunc ita expedire mihi videor.
'Principiis obsta' tritum proverbium.

At aegrotis hominibus levissimas quoque incipientis morbi notas declarare licet; bestiis non item.

Igitur suo unius iudicio mulomedicus utitur ut mutorum animalium adhuc latentes morbos exquirat detegatque, antequam ita invaluerint ut vix eis medicina adhiberi possit, neque aegrotorum gemitus, ut medicinam adhibeat, ei sunt exspectandi.

Inde fit ut mulomedici in morborum adhuc latentium notis dignoscendis diligentiores peritioresque quam medici esse debeant; *εἰ γάρ* — ut hippiatrici (Hierocl. I 14) verbis utar — *τῶν ἀνθρώπων τῇ κατὰ φύσιν ἐξουσίᾳ τοῦ λόγου δυναμένων παραστῆσαι τὸ λυποῦν οὐδὲν ἧττον τῆς ἀπὸ τῶν σημείων τοῖς ἰατρεύουσιν ἐδέησεν ἐπισκέψεως, πολὺ δήπου μᾶλλον δεῖ τῆς τῶν διδασκομένων γνωρισμάτων καταλήψεως ἐπὶ τῶν οὐ δυναμένων τὸ συμβᾶν διελθεῖν.*

Igitur aegrotarum bestiarum valetudinem unius mulomedici peritiae commissam esse videmus, cum mutis animalibus quibus crucientur morbis significare non liceat; sc. sibi tantum, non aegro, aegrotum corpus credendum, ut curatio mature adhibeatur.

Propterea v. 355 sic refingo:

et non auditos maturat tollere morbos.

Quod *maturat* sententiis quae secc. egregie explicatur: hoc (enim) est artis opus: non exspectare - -, iam dudum *etqs*.

Matu - in *muta* - facile cedere potuit; de transpositis litteris egregie disputavit Housman, praef.; cf. LV 11.

V 459 ss. quin etiam tragico praestabunt verba cothurno
cuius erit quamquam in chartis stilus ipse cruentus;
nec minus et scelerum facie rerumque tumultu
gaudebunt.

Secuntur tragici carminis exempla: Thyestae cena, Eteoclis atque Polynicis 'consanguineum scelus', Medeae res nefandae. Explicit v. 469

mille alias rerum species in carmina ducent.

Quem v. sic interpretatur Pingré: 'ils traceront enfin dans leurs vers mille autres images aussi terribles'. Haec postrema de suo addidit.

Suspicor reponendum esse:
mille alias scelerum species in carmina ducent.

V 492 ss. illius (sc. *Aquilae*) in terris orientis tempore natus
ad spolia et partas surget vel caede rapinas;
cumque hominum dederit strages, dabit ille ferarum.

Tradita scriptura servata, vix Bentleio contradixeris, cui versus 494 spurius visus est, 'sententiam mediam interrumpens'; neque autem iniuria *quasque* pro *cumque* scribendum esse statuit Jacob.

At fort. una litterula deleta, versum restituas:

cumque hominum deerit strages dabit ille ferarum.

Cf. IV 222 ss.:

atque hostem sibi quisque parat cum bella quiescunt
— — — quin ipsa sub armis
pax agitur; capiunt saltus silvasque pererrant;
nunc hominum nunc bella gerunt violenta ferarum.

Firmicus autem VIII 16: ex caede hominum et spoliis habebunt vitae subsidia; feras etiam capient pariter et domabunt.

V 540 ss.:

Hanc (*Andromedam*) quondam poenae dirorum culpa paren-
prodidit, infestus totis cum finibus omnis [tum
incubuit pontus, timuit naufragia tellus
et quod erat regnum pelagus fuit: una malorum
proposita est merces: vesano dedere ponto
Andromedam *etqs*.

v. 542 *naufragia* O (metrum repugnat): *cum naufraga* Scal., *tum n.* Reines., Huet, Dufay, *vel n.* Bechert, *Maurusia* Bentl.; *timuisti* (pro *timuit*) *naufraga* Barth.

'*navifraga* Iacob' Wag.; 'Iacobs Aenderung *navifraga* ist metrisch unbedenklich' Breit. (at haec Iacob: '*naufragia* omnes. Ego correxi *et ante me alii*'. Revera haec emend., quam recepp. Breit. et Wag., iam in Pingrei edit. legitur).

Mihi quidem *navifraga* v. significatio allata ('mari demersa' Iacob) scrupulum movet; neque autem video cur poeta, cum dixisset pontum omnem totis finibus incubuisse, regnum pelagus factum esse addiderit. Haplogr. suspicatus propono:

timuit⟨nam⟩naufraga tellus.

De *nam* particula, semel (I 53) in *Astron.* alterum enuntiati locum occupante, cf. Cramer, p. 40.

Verbis quae sunt *timuit* etqs. explicasse poetam intellego cur dirorum parentum culpa poenae Andromedam prodiderit. Cum enim tellus in eo fuisset ut naufragium faceret et quod erat regnum pelagus factum esset, una malorum *etqs.*

V 643 ss. vilibus ille etiam sanabit vulnera sucis
quadrupedum et medicas artes in membra ferarum
noverit.

v. 643 *vilibus:* quidni 'utilibus'? Exspectares illud quasi epitheton ornans 'salubribus' vel sim. *Vilibus sucis* vertit Pingré: 'en employant le suc des herbes le plus communes'. Quod poeta haud dicere voluisse vid. Neque *viles* dixeris *sucos* ab his mulomedicis in vilia animantia adhibitos. Cet. cf. Firm. VIII 17: 'erunt ... nonnumquam medici, sed qui herbis medelas hominibus pecoribusque componant'.

Fuitne mitibus? Cf. Ovid. *Met.* XIV 690.

V 727 ss. tum conferta licet caeli fulgentia templi
cernere seminibus ⟨lucis⟩ totumque micare
stipatum stellis mundum nec cedere summa

floribus aut siccae curvum per litus harenae;
sed quot eant semper nascentes aequore fluctus,
quot decliva cadant foliorum milia silvis
amplius hoc ignes numero volitare per orbem.

v. 730 *floribus* O, edd. omnes. At *floribus* sic nudum, nulla vel de verno tempore, cum 'floribus innumeris depingitur undique tellus', vel de pratis, vel sim. mentione illata, vereor, nisi fallor, ut probari possit.

Adde quod florum quemvis numerum cum numero carenti harena (Pind. *Ol.* II 109 *ψάμμος ἀριθμὸν περιπέφευγεν*), cum aequoris fluctibus (cf. Virg. *Georg.* II 107 ss.), cum foliorum milibus in silvis decidentium parum apte componi vid.

Suspicor scriptum fuisse roribus (cf. II 195, ex Scal. con.). Quod autem ad rem palaeogr. attinet, cf., e. g., II 23: *numina* L G *rumina* M, at *flumina* recte restituit Thomas.

Belle denique poeta micantes stellas mundum stipantes cum innumeris argentei imbris radiantibus stillis comparare potuisse vid.

V 734 ss.:

utque per ingentis populus describitur urbes,
principiumque patres retinent, et proximum equester
ordo locum, populumque equitum populoque subire
vulgus iners videas et iam sine nomine turbam
sic etiam *etqs.*
739 sunt stellae procerum similes, sunt proxima primis
sidera, suntque gradu suntque ordine victa priorum;
maximus est populus.

v. 736 *equitum* ('man ergänze *loco* oder *ordini*' Breit.) O *equiti* Reg., Bentl., Iacob.

Versum sic refingendum censeo:

ordo locum; populus ⟨s⟩equitur, populoque subire.

Ex *populus sequitur* (*populus equitur*, cf. I 66) orto *populum equitum*, hic, ut alibi, *que* metri causa additum esse suspicor.

DE FULVII URSINI
PRIAPEORUM ALDINA.

Florilegii, cui '*diversorum auctorum priapeia*' vulgo inscribitur, nullum eo quem Johannes Boccacci exaravit neque antiquiorem neque praestantiorem librum ms. exstare dolendum est. Quem optimum nostrorum codicum esse consenserunt viri docti; quamquam tantum abest ut hic quoque bonus dicatur, plurimis mendis scatet lacunisque laborat.

Igitur optime de Priapeorum textu meritus est Fridericus Vollmer, qui, in recensione in aed. Teubneri a. MCMXXIII impressa, cod. A denuo collato, nova quaedam haud parvi momenti inde protulit, eique primas merito tribuit, ad cett. librorum fidem illis tantum locis confugiens cum cod. A scriptura nullo modo ferri posse videretur.

Recte enim v. d. omnes manuscriptos libros in duas distinxit familias, ex eodem archetypo ductas, quarum alterius scripturam in A fluxisse censuit, alterius in ceteros, quos omnes B littera signavit; horum autem recentiorum nonnullos commixtam ex A et B memoriam verborum exhibere vidit.

Patet igitur nos haud satis firmis adminiculis, quod ad codicum aetatem praestantiamque attinet, in Priapeorum textu constituendo niti posse; neque mirum impraesentiarum viros doctos, nostra maxime aetate, florilegii codices, qui in bybliothecis adservantur, inquisisse, inspexisse, contulisse, [1] ut inde aliquid ad Priapeorum textum emendandum elicerent. Dolendum autem est ex his cum recentioris aetatis tum deterioris notae codicibus perexiguum lucrum eos fecisse,

---

[1] Nostrates nuper Priapea ediderunt Carolus PASCAL, *Carmina ludicra Rom.*, Corpus Paravian. n. XVII, Angelus MAGGI (Neap., Artigian. 1923), ille apparatu q. d. critico, hic commentariis instructa.

cum praesertim, si qua varians lectio alicuius pretii ex his libris prodierit, eam coniecturae deberi suspicari liceat.

At hae, paucissimae quidem, quas hic protuli, variantes lectiones satis mihi auctoritatis habere vidd., quippe quae ex libro ms. sint ductae haud sane Boccaccii cod. A recentiore.

Adscriptae sunt hae in mg. exemplaris mei[1] aldinae editionis, quod fuit Fulvii Ursini.

Quem v. d. notum est praeter libros vel manu scriptos vel impressos, quos Vaticanae bybliothecae legaverit, alios Horatio Lancellotti hereditate reliquisse; quorum haud perraro accidisse ut aliquis in publicis quoque auctionibus prostaret nos docet Petrus de Nolhac in commentatione quam de Ursini byblioth. scripsit (p. 136).

Exemplaris in fine mutili postremum folium est LXXII. Deest igitur typographi subscriptio. At hanc esse priorem Aldi edit. a. MDXVII (alteram Aldi heredum cura impressam esse a. MDXXXIV scimus) affirmare licet, cum foliorum XXXIII-XL numeratio desideretur, ff. XLI-XLIX iterata sit (Brunet, p. 772).

Praecedunt ff. 1 . 2 custodiae adposita (1ʳ sigillum impressit Ursinus). Insunt autem, Ursini manu scripti, (f. 2) electorum commentarioli ex Publ. Syro, Theopompo, *de Corinthiarum mulierum virtute*, Photio, *de Aeschine*.

Iʳ libelli πίνακα typis impressum sequitur subscriptio: '*luoghi emendati da* (suprascr. *per*) *eras. ne Prover. di stampa del Frolo* 1546' [? hanc Erasmi proverb. mentionem haud intellego]; Iᵛ Argentarii ⟨Anth. Plan. IV 241⟩ in Priapum.

In foliorum Iᵛ, IIᵛ, XVʳ, XXIIᵛ, XXIIIᵛ, XLV, LVI, LXX spatiis vacuis tituli et epigrammata, quorum pleraque ludicra vel lubrica, eius m., ut vid., exarata qui Iᵛ adscripsit: '*liber emptus ab emilio lauro*'.

---

[1] quod mihi bybliothecae alicui legare in animo est. Cet. si quis id conferre cupiat, libentissime iam nunc copiam facio.

F. IIIʳ '*Fulvii* — Ursini' (in ras. scriptum; sub *Fulvii* nomine prioris possessoris nominis litterae exstant *C* (?)... *li*, ' sub *Ursini* n. litterae prorsus erasae. In mgg. foliorum quibus Priapea continentur scholia quaedam adscripsit Ursinus, minutissimis litteris ferrugineo fulvo pigmento exarata. Quae, satis crebra initio, perrara statim fiunt.[2]

Insunt praeterea, alio quidem subnigro evanidoque atram. atque alio tempore (anteriore, ut vid.) atque scholia, sed eadem Ursini m. scriptae, variae quaedam lectiones, nota *v. c.* adpicta, quarum dolendum est postremam ad ep. XXVII adscriptam esse.

Utinam vir doctus inceptum opus persecutus esset ceteraque carmina inde a. XXVIII cum praestanti illo codice contulisset!

---

[1] Haud, ut vid., *Casali*. 'Ex codice quodam Casalii' virum aliquem doctum nonnulla ad Priapea adscripsisse in mg. cod. Vaticani Ottob. 2894 scimus (cf. Pascal *o. c.* p. XVIII).

[2] Priapea des. f. 15ʳ. Paucissima haec in sqq. foliis adnotavit Urs.: f. 15 (Tibull.? LXXXII Vollm.): v. 1. '*aerari quondam custos nunc villicus horti*'; 16 adscripsit totum epigr. '*Ad Varium*' (*Catal.* VII Curcio), quod typis est impressum f. 20ʳ (v. 1 *si licet;* v. 2 *despeream*); 17 ([Verg.] *Priap.* II): '*redolent hi versus Catullianam scribendi rationem et ingenium*' [idem senserant P. Vettorius atque Scal.]; 17 (*Priap.* IV): '*Catulli phrasin hi versus sapiunt*' etc.; 18 (*Catal.* XIII Curcio): '*vetus carmen maledictis refertum*'; v. 40: '*quod medio pedes turgeant*'; 22 *Copa*: '*Cupa, Charis*.' - '*Virgilii Copam esse tradit Charisius*' etc.; 23 (*Rosae*): v. 10 gravidas: '*fortasse gravidis, ut referatur ad caules*'; 42 (*Moretum*): v. 1 nos '*x*' supr. s.; v. 8 remanebat: '*manabat*'; v. 16 terrae: '*al. terra*'; 46 (*Ciris*): v. 105 stat: '*stant*'; 46 alter. (*Aetna*): '*sunt qui Cornelio Severo tribuant*'; 57 (*Maecenatis obitus*): '*sunt qui C. Pedonis Albinovani esse dicant, ut etiam vetus codex astipulatur*'; 64 (*Signa coelestia*): v. 7 proditor (prius): '*portitor*'; 66 mg. sup. adscripsit epigr.: '*Incerti. vervex et pueri, puer anus, sponsa, maritus | cultello, lympha, fune, dolore, cadunt*'; *ibid.* (*Est et non*): '*sunt qui dicant esse Ausonii*'; 67 (*de aetatt. anim.*): '*Ausonii*'; v. 1 Ter binos: '*Als Bis quinos*'; 68 (*Hortulus*): v. 16 pampinis: '*als. pampinus*'; 69 (*de fortuna*): '*sunt qui Ausonio Gallo ascribant*'. Adde scholiola, infra decem omnino.

Haud ignoro equidem praeteritae aetatis viros doctos librorum mss. quibus uterentur vetustatem vel consulto vel ob imperitiam nonnumquam exaggerasse. At ex hac *'v. c.'* nota, quamquam nihil prorsus certi de libri ms. aetate colligere datur, licet tamen conicere hunc *veterem codicem* haud recentiorem illo fuisse quem Boccaccius exaravit. Immo antiquiorem.

Nos enim docet de Nolhac (p. 275), quod ex Inventario italica lingua Ursini m. scripto colligi potest, *antiquos* ab Ursino codices eos, qui ante XV saec., *antiquissimos* autem qui ante XIV saec. scripti fuissent nominatos esse. At nota illa *v. c.* variantes quoque lectiones ex antiquissimo Mediceo codice erutas Ursinum in Aeneidos exemplari signasse scimus (de Nolhac, p. 271).

Utcumque res se habet, haud XIV saec. recentiorem hunc *v. c.* dixeris. Adde nos, ut in harum variantium lectionum paucitate, — sunt enim omnino XIII — de codicis praestantia iudicium ferre posse, cum quaedam, a tradita lectione discrepantes, bonae notae indicia praeseferant.

Alias autem lectiones praebent huius Aldinae mgg., subrufo illo pigmento Ursini manu exaratas, quarum perpaucas formulis adpictis *als, al* (quibus haud scio an codd. scripturam, ut in cod. A bis Boccaccius, Vollmero auctore, praef. p. 38, an viri docti cuiusdam coniecturam significare voluerit); unam formula *γρ'*, ceteras nulla nota apposita. Quae postremae cum nonnullae, cum codicum vel unius vel plurium tradita scriptura consentientes, manifeste sint erratae, haud dubium esse vid. quin ipsae quoque de cod. sint ductae.

Bis quidem Ursinus textus emendandi periculum fecit, at hercule his locis *'fortasse'* addidit.

Ceterum, praeter illum *v. c.*, alios Ursinum inspexisse libros mss. patet, siquidem, ut par est, in eius verbis acquiescimus; cf. ad LXXV: *'sed hic* (versus) *nusquam in codicibus vetustis legitur'*; de quibus sumptas credendum est eum variantes lectiones nulla adpicta nota aldinae mgg. adscripsisse.

Minoris pretii hos quidem dixeris, quippe quorum scriptura nonnumquam cum hoc vel illo eorum quos novimus codd. mendo consentiat; maximi autem illum *'pervetustum'* codicem, ex quo quasi margaritam quandam genuinam ep. LXXX scripturam Ursinus eruit. Quem incuriosius a v. d. alibi inspectum esse contendere licet, neque sedulum totondisse messorem aristas.[1]

Qui denique hi vetus, vetusti, pervetustus codices fuerint ignoro; nusquam enim in inventariis Ursini librorum mss. de Priapeorum codice mentio reperitur.

At verisimile est codicem aliquem, nunc in Vatic. bybl. adservatum (cf. Vollmer, praef. p. 41 sq.), quo Vergilii opera continerentur, Ursinum inspexisse; 'veterem' autem 'pervetustumque' illos perisse.

Quater autem in his scholiis Ursinus libros impressos commemoravit: ad ep. IV *'Leonic. varia hist'.* ⟨fort. Iunt. vel Basil. a. 1531; Graesse IV 166⟩; ad XII *'Polit. in Miscel'.* ⟨Politiani *Miscellan.;* Florentiae ap. Miscom. a. MCCCCLXXIX⟩; ad XXXII *'Ian. Parrhasius in Claud. de raptu Proserpinae* ⟨Mediolani, MDI⟩; *'Pius in scholiis Fulgentianis'* ⟨*Enarrationes... fabb. Fulgentii cum comm. Io. Ba. Pii;* Mediolani, ap. Scinzenzelen, MCDXCVIII⟩.

Aut igitur putandum est, ut mihi persuadeo, Ursinum haec scholia variantesque lectiones adscripsisse ante quam Scaligeri editio in lucem prodiit (a. MDLXXIII), aut, suo more (cf. de Nolhac, p. 45, n. 2), editionem inspexisse, editoris autem sibi invisi nomen silentio praeterisse.

Lectiones variantes, nota sive distinctas sive carentes, omnes hic protuli; neque scholia praetermittenda censui, quamquam fere omnia ab eo enotata in posterioribus editt. reperiuntur. Dolendum autem est eius manus in inchoato opere cecidisse; aliquid enim adiumenti haberemus ad Priapeorum scripturam vel sanandam vel interpretandam.

---

[1] Nullo enim modo ad id adducor ut ex Ursini silentio Aldinae scripturae cum codicibus ab eo inspectis consensum arguam, ut XXXVI 1, LVIII 1 etc.

Quam fatendum est adhuc plurimis locis emendatione aut interpretatione egere. Ex quo factum est ut, cum Aldinam meam cum Vollmeri editione conferrem, incidissemque in locos haud paucos ad criticam rationem vel emendandos vel explanandos, quaedam conicerem quae hic protuli. Quae si tibi neglegenda videbuntur, neglege, candide Lector, illis contentus quae in Aldinae mgg. adscripta ad librorum mss. vel viri docti illius auctoritatem adnituntur. Ideoque consulto haec inclinatis litteris imprimenda curavi, erectis autem litteris quae de meo addidi.

Vollmeri sigla, quae quidem identidem hic usurpavi, haec sunt: A: Florent. Laur. 33, 31 saec. XIV; B: archetypus cett. codd., cuius exempla sunt: H (Guelferb. 373, a. 1460), L (Flor. Laur. 39, 34, s. XV medii), V (Leid. Voss. 8°, 81, s. XV), Wrat. (Wratisl. Rhed. 60, s. XV). Editionum sigla: *a* (edit. Virg. s. l. et a.; Copinger III 6002); *ε* (Aldina a. 1534).

Caroli Pascal siglo ς usus sum ad 'codicum minorum congeriem' indicandam.

II 4 sq. nec Musas tamen, ut solent poetae,
ad non virgineum locum vocavi.
[*iocum v. c.*

v. 5 *locum* B *corum* A V[1] (*chorum* V[2]) *iocum* ς.

II 10 templi parietibus tui notavi [*tibi v. c.*
tui A *tuis* L.

III 3 sq. cum tenet obsessas invida barba genas.
[*teret v. c.*

v. 4 '*tenet* A B *a* *teget* *ε*' Vollm. '*tenet* codd. omnes, *teget* Aldina' Pascal. In Ald. mea est *tenet*. *Teget* in textum receperunt L. Mueller, Pascal, futuri *cupies* ratione habita. *Teret* genuinam esse scripturam mihi persuadeo, inde iam a Carolino aevo corruptam, *n* littera pro *r* perperam lecta.

Terendi v. ad eos quorum labia barbatos iuvenes osculantium (cf. e. g. Tib. I 8, 31 sq. 'iuvenis — cui levia fulgent | ora nec amplexus aspera barba terit) genarum asperitate offenduntur poetas vulgo rettulisse scimus. At 'lubricum' pueri vultum (ut Martial. IX 56 verbo utar) scabrum procedente aetate effici (Solo, 19, 6 D.: *γένειον — λαχνοῦται χροιῆς ἄνθος ἀμειβομένης*) *terendi* v. apte significari vid.

III 10 ... quid faciam? crassa Minerva mea est
[*mihi v. c.*

mea codd. omnes adhuc cogniti. At cf. VII 2 *blaesaque lingua mihi est*, quo loco, pro *mihi*, *mea* Wrat. *ε*.

VI 1 quod sim ligneus, (*Ald.*) [*sum v. c.*
sum A B.

IX 7, 9, 10 num (ter) [*non v. c.* (ter)
num (recte) L V, Vollm. *non* H *nec* A.

XII 3 aequalis tibi quam domum revertens [*illi v. c.*
tibi codd. omnes. Scripturae *illi* ratio metrica repugnat. Quod cum virum doctum effugere vix potuerit, eius fides in libro ms. conferendo probatur.

XII 14 sq. barbato macer eminente naso [*imminente v. c.*
ut credas Epicurum oscitari.

eminente codd. omnes. Utra scriptura sit praeferenda augur videat, non iudex; utraque in rem quadrat. Quamquam ap. Mart. III 72, 56 *prominet* legimus.

Ex scriptura *īminente* facile *eminente* oriri potuit (cf. e. g. ap. Manil. *Astron.* I 178, V 532).

XIV-XV cohaerent in Ald.; ante v. 11 lemma in mg. adscribitur: Priapus monet fures *v. c.*

XV 4 sq. hic inter frutices loco remoto
dicat forsitan hoc sibi ipse: nemo (Ald.).
[*haec, hic v. c.*

v. 4 *dicat forsitan hoc: tibine quisquam,* Vollm. ex A. *hoc* A H L *hec* V *sibi ipse nemo* B edd.; *haec sibi ipse n.*, Pascal.

Quid duplex illa scriptura *haec hic* ex vet. cod. sumpta sibi velit haud satis intellego; attamen suspicari possumus verbum illud per compendium incerto ductu scriptum fuisse. In his lectionibus *haec hoc hic* valde haereo. 'Codicis veteris' tamen scriptura aliquid ponderis habet. Quod si versu 4 ad cod. A fidem reficto legimus

dicat forsitan: 'hic tibine quisquam,
hic inter *etqs.*,

anaphora haud inepta videatur. Quamquam, fortasse, exquisitior.

XXIV 3 sq. fur habeas poenam, licet indignere: 'feramque [*tulique v. c.*
propter holus' dicas 'hoc ego?' Propter holus.

v. 3 *feramque* codd. omnes.

Cf. Anth. Plan. IV 236 (Leonidae sive Periti); IV 237 v. 3 sq. (Tymn.).

In incerto est utrum poeta latinus graecos, an graeci, ut voluit Buecheler, latinum sint imitati.

Graecorum epigrammatum, prioris potissimum, sententia traditam scripturam *feramque* confirmare vid. At concedendum est, praeterito illo *tuli* probato, efficaciorem fieri furis lamentationem, poenam iam latam querentis.

Priapum rem actam opinione auguratum esse dixeris.

XXV 5 cui dant oscula *etqs.* [*queis v. c.*

Haec lectio nullius prorsus pretii, nisi quod sub *queis* scripturam *quoi* (sic Vollm.) latere opinari licet.

XXVII sub Aldinae inscriptione *Ad Priapum*, subrufo pigmento: *de Quinctia*, addito, nigro atram.: *v. c.*

v. 3 sq. cymbala cum crotalis — — Priapo
ponit et adducta tympana pulsa manu. [*abducta v. c.*

adducta Wrat. φ, quod habent editt. omnes; *abducta* A B *a*, quam lect. respuit Vollm., vereor ut recte. Frigere enim vid. illud *adducta;* verbis autem *abducta* atque *pulsa,* nisi fallor, alternus huius tympanistriae gestus, manum abducentis pulsantisque tympana (ut fere ap. Tib. I 3, 34 aera repulsa manu) tamquam sub oculis ponitur. Saepius in antiquis picturis (cf. e. g. Dioscuridis Samii musivum opus Pompeianum, Brunn, *gr. Künst.* II 312) tympana pulsantium abductam, non sine gratia quadam, manum videmus.

Haec de variantibus lectt. siglo *v. c.* distinctis.

Nunc ceteras, Ursini scholia, observatiunculas meas proferam.

I 1 sq. Carminis incompti lusus lecture procaces
conveniens Latio pone supercilium *etqs.*

Ursinus: *'Tota huius epigrammatis ὑπόθεσις ex graeco epigramnate sumpta, quod apud me manuscriptum extat' ⟨Straton.; Anth. Pal. XII 2 cuius adscribitur ex v. 6 τούτοις-ἔπρεπον⟩ — v. 1 incompti: Priap. LXVIII 1 — lusus: Virg. ecl. ⟨VI 1. 2⟩ — 3 'id sumptum ex hymno in Venerem, ubi legitur tres tantum deas ἀθηνᾶν scil. καὶ ἑστίαν καὶ ἄρτεμιν μὴ μετέχειν ἐρωτικοῦ πάθους' — ruber... custos: Ovid. Fast. ⟨VI 333⟩ [Tibull.] ⟨Priap. 83, 7 Büch.⟩ — 6 Priap. IX 13.*

v. 3 *hoc*, cum A B, Ald., *hic* ς; v. 4 *nec*, cum A B, Ald., *non* V[1]; v. 8 *hanc*, cum H V, Ald., *hec* A L. Ex Urs. silentio codicis vel codd. quos inspexit cum Ald. consensum vix erui posse animadverti; quamquam primum epigr. accuratius quam cetera eum contulisse putandum est. At ne de Florilegii quidem titulo in vetusto cod. quidquam adnotavit (*diversorum veterum poetarum in priapum lusus, Ald. — diversorum auctorum priapeia incipit,* A, alia alii).

III Urs.: *Priapus: ad puerum — v. 2 nil tamen...: Ovidii ars ⟨III 87⟩ — 4: Eratosthen. ⟨Anth. Pal. V 277 v. 3, 4⟩*

— *7 : [Tibull.] ⟨III 4, 31⟩ — 9 : latino [sic Ald.] : ' ex 38 (?) latine' [latine ε Vollm.].*

IV 1 sqq. — — deo tabellas
dicans ex Elephantidos libellis
dat donum Lalage *etqs.*

Urs.: *Suet. Tib. ⟨43⟩. Explicat quid δωδεκαμήχανος πόρνη valeat ex Aristoph. ⟨Ran. 1327⟩ etc.; ex Leoniceni varia hist. III 31 quae fuerint Astyanassa, Philaenis, Elephantis; v. 4 Lalagen nomen Hor. et Mart. testimoniis confirmat.*

v. 2. *dicans* L V Cors. *dicens* A *ducens* H ς ε. *dicans* Buech., Pascal, Vollm. At Ellis: ' Quod Vat. *ducens* exhibet, non *dicans*, illud verius existimo. Nusquam enim in his carminibus hendecasyllabus ab iambo incipit '.

Revera *dicans* illud (unde in textum irrepsisse emendationem *ducens* metricae rationi obsequentem iudico), si quod sequitur *dat donum* consideraveris, supervacaneum videbitur. Rectius, quod ad sententiam attinet, *ducens* (cf. Lenchantin de Gubernatis, RFCl. 1925, 140); at hoc quoque, cum emendationem sapit, tum neque necessarium neque satis aptum dixeris.

Suspicor scriptum fuisse *dicās*, ex quo *dicans*, et legendum esse (dicnas) dignas. Cf. II 2 *horto carmina digna non libello*. Obscenas quidem, sed Priapo dignas tabellas, ex Elephant. libellis sumptas, dat donum Lalage. Hoc (ut aliis epigramm.; cf. XXIX, XXXIX) obscenitatem, qua gaudet, poeta excusare videtur. In eundem fere lapsum incidisse scribae videntur Avien. *Arat.* 1237, *cingens, cignens*; Ovid. *trist.* I 10, 9 *cognita, concita* etc.

V Urs.: *' Puerum alloquitur'. v. 3 hortus: huius et graeci verbi κήπου vim declarat.*

VII Cum loquor una mihi peccatur littera, nam T
P dico semper; blaesaque lingua mea est.

Urs.: *v. 1. T: in mg. ' prae'.*

v. 1. Ursini *prae* illud ex ms. libro sumptum videtur (*pre* Vat. 3269 saec. XV ap. Pascal), sed sensu caret. Fuitne explicatio: *pro T, P dico?* *T* et *P* Vollm., *te* A *ped.* H V *pod.* A; *Te, pe* Pascal, alii. Scriptura *T, P* an *Te Pe* praeferenda sit, in medio relinquo. Forsitan argutiam pleniorem efficias si *Te* pronominis quoque vim habere concedas.

Ceterum scriptura *Te Pe* librorum ms. auctoritate nititur.

Neque alio modo epigrammatis in aedium parietibus exaratis, antiqua, ut nostra quoque, aetate, in legentem turpiter vel subridicule invehi mos fuit; cf., praeter alia multa, quae nuper M. Della Corte (*' P. P. Proculo'*, in Actis Acad. Pontan., Neap. 1928 p. 83) adnotavit.

X Urs.: *laudat epigr. gr. ⟨Anth. Pal. XVI 243⟩.*

XII 1 sqq. Quaedam iunior Hectoris parente
Cumeae soror, ut puto, Sibyllae,
aequalis tibi quam domum revertens
Theseus repperit in rogo iacentem *etqs.*

Urs.: *v. 1. iunior: ' serior pro iunior reponendum nec senior legendum', adscribitque Ovidii et Mart. versus, in quibus legitur ' serior aetas'. — v. 1, 3 addit nomina ἑκάβη, Hecale etc. — v. 3 provocat ad ' Polit. miscell., cap. XXIV' — 7 ne desit etc.: ' alii: Ne desim sibi m.' etc. — 9 escreavit: ' γρ. screavit', locis nonnullis Plauti ⟨Mil. 648; Curc. 115⟩ Terentii ⟨Heaut. 373⟩ all. additis ad scripturam ' screare' confirmandam. ' legitur et exscreare', additis ex Tibullo et Plinio testimoniis.*

v. 1. *iunior* A B (et Ald.); ' *serior* ed. Argent. 1520 (Scaliger); *senior* φ; *segnior* ε; *annosior* vel ⟨*haut*⟩ *iunior* Heins.; *haud iunior* Pascal; *putrior* Buechel., climaca et iocum destruentes' Vollmer, qui *iunior; canior* Birt (cf. Hosius, PhW. 1924, 18 sqq.). Equidem climaca non intellego, cum trium verborum *iunior, soror, aequalis* duo haec postrema ad ἡλικίαν indicandam idem fere valeant. *Iunior* illud corruptum suspicor, atque cum Scal., Urs.,

Heins., Buech., Pascal, quod ad sententiam attinet, consentio.

Legendum autem censeo ⟨ant⟩iquior, haplographiam suspicans (*-am ant-*). Ex *iquior* autem, quod sensu careret, *iunior* ([*s*]*egnior* ε) facile factum esse posse vides. Cf. LX *antiquo ditior Alcinoo.*

Huius Priapei initium conferendum mihi videtur cum epigr. illo Anth. Pal. XII 67:

... *Σισύφου ὦ μάμμη καὶ Δευκαλίωνος ἀδελφή κτλ.*

Cf. autem *Priap.* LVII 3 sqq.:

quae forsan potuisset esse nutrix
Tithoni Priamique Nestorisque
illis ni pueris anus fuisset.

v. 11. '*russa* A *ruffa* B' Vollm.; '*russa* A *ruffa* cett.' Pascal; at *rufa* Aldina.

XIII Urs.: *v. 2 manet: 'al. monet'.*
Ex *moneo* v. 1 hoc *monet* ductum esse credas.

XIV *in Aldina posteriori cohaeret; distinguit Urs., addens init. XV: 'videtur hoc esse aliud epigramma'.*

XVI Qualibus Hippomenes rapuit Schoeneida pomis
qualibus Hesperidum nobilis hortus erat,
qualia credibile est spatiantem rure paterno
Nausicaam pleno saepe tulisse sinu,
quale fuit malum, quod littera pinxit Aconti
qua lecta est cupido pacta puella viro:
qualiacumque pius dominus florentis agelli
imposuit mensae, nude Priape, tuae.

Urs.: *nihil adscripsit.*

v. 8. *qualiacumque* A (i. *ὁποιαποτοῦν* Buech.) *taliacumque* B Ald. Pascal; *talia cuncta* Baehrens; *talia quinque* Wrat., Corsinian. 43 F 21 saec. XVI. — *pius* A *puer* B.

Non est, mea sententia, cur abscedamus a cod. A scriptura. Sed puto v. 1-6 interrogandi vim habere, cum poeta, ut par est, fingat se quae pomorum illorum pulchritudo fuerit ignorare, at postremis duobus versibus, omni dubitatione remota, non aliam esse potuisse fateatur atque illorum quae Priapi mensae 'dominus florentis agelli' imposuit.

Quae responsio ad v. 1-6 pertinet; eius autem structura arctius cum v. 3-6 coniungitur: 'Qualia poma credibile est Nausicaam... pleno tulisse sinu? Quale fuit malum quod littera pinxit Aconti...?' Talia (i. e. haud sane pulchriora esse potuerunt quam haec) qualiacumque etc.

XIX Hic quando Telethusa — —
exos latius altiusque motat. 3

Urs.: *theletusa* (*sic Ald.*): '*ἡ τελέθουσα*'.

v. 1. *hic:* an *haec?* Harum vocum immutationem vide ad XV 5; LVIII 3. Nec anaphora displicet. — *hic quando: si quando* Baeh. *ecquando* Scal. — v. 3 *exos* Vollm. *extis* codd. quod verbum alii alio modo temptarunt: *sistris* Buech. L. Mueller, Löschhorn (PhW. 1920 p. 95 sq.) *aestu* Baeh. *Extis* servavit Pascal ('intellige de extis veru infixis, quae ut coquantur late et alte moveantur'), quam interpretationem Buech. respuit. *Altius* ex corr. Wrat., Vat. 3269, Löschh.; recepit Vollm.; *saltius* V[1], *satius* H L *scitius* A *aptius, fatius, sacrius* dett. codd., *latius* Buech., quod recepit Pascal.

Scripturae illae *satius, fatius* ex *scitius* quod A praebet (*s* ∼ *f*: *ci* ∼ *a*) originem ducere vidd. Nec *scitius* prorsus refellendum, quamquam, quantum scimus, Plautinae latinitatis voc.

Pro *extis* autem dubitanter conieci *enthĕis*, ex quo, prave scripto *enteis, entis*, verbum illud oriri potuit.

Mihi quidem huius circulatricis incompositi motus cum furore illo *ἐνθέων γυναικῶν* comparari potuisse videntur.

Cf. Priap. XXVII *(ἀναθηματικόν)* de Quintia, quae

cymbala cum crotalis, — —
ponit et abducta tympana pulsa manu.

Haec autem arma movet 'cum furit ad Phrygios enthea

turba modos' (Mart. XI 84, 4). *Motat* ex A (ita Ald.) suo iure recepit Vollm.

v. 6. *lumbo? — Phaedrae* distinxit Vollm.; *lumbo, — Phaedrae?* Pascal. Haud scio an, sublata interrogat. et scripto *Haec quando - - lumbo,* sententia aptior evadat.

XXI Copia me perdit; tu suffragare rogatus,
indicio nec nos prode Priape tuo.
quaeque tibi posui tamquam vernacula poma
de Sacra nulli dixeris esse via.

Urs.: *v. 1. citat Ovidii Fast. ⟨V 1, 6⟩ 'copiaque ipsa nocet'; addit: 'Ille. inopem me copia fecit'. — 4 in sacra via poma venisse Varronis ⟨r. r. I 2, 20⟩ testimonio confirmat.*

Quomodo Ursinus huius epigr. sententiam interpretatus sit haud liquet. Illud autem 'inopem me copia fecit' (*Met.* III 466) obscurum epigr. obscurius reddit. Nimia poma saepe evenire ut, vel suco deficiente vel ramis nimio pondere fractis, decidant, antequam ad maturitatem perveniant, pernotum est. Supplicem illum, cum plus iusto poma decidere quereretur, Priapum rogasse ut perniciem sisteret atque, ne derisui esset, deum precatum esse ne empticia poma oblata esse patefaceret, hocne v. d. voluit?

v. 1. *me perdit* 'loquitur fur qui cum magnum numerum pomorum de sacra via abstulerit, partem eorum dedicavit Priapo, ut et onere aliquantum relevaretur et hunc deum, in cuius tutela sunt poma, sibi conciliaret' Pascal. *me servet* Baeh. *mi periit* Anton. *deperiit* L. Muell. Buech. — *perdit:* 'vix effugere possum persecutores' Vollm. At furi illi surreptorum malorum pondere laboranti nonne in promptu fuit poma vel nonnulla vel omnia humum proicere? Quid ei Priapi auxilium opus fuit? Intellegendum fortasse furem (si de fure agitur) ad Priapi sacellum vel mensam confugisse malorum dominum, vestigiis instantem, effugientem, deique mensae omnia quae surripuisset poma imposuisse, ne furtum in manibus vel sub vestimentis habens deprehenderetur.

Poma autem, antequam in sacellum irrumperet, vel Priapi mensae appropinquaret, ei humum proicere non licuisse intellegitur, verito sc. ne urgenti pomorum domino furtum patefaceret.

XXIII Quicumque hic violam rosamve carpet
defectus *etqs.* 3

Urs.: *v. 3. 'defectus: destitutus — defossus al defretus'* (?) *'defecti puerique feminaeque'* (?).

XXIV Hic me custodem fecundi vilicus horti
mandati curam iussit habere loci.
Fur habeas poenam *etqs.*

Urs.: *'ex graeco', adscripto Anth. Plan. ⟨IV 236⟩ — v. 3 'aliqui legunt: Fur abeas, poenam licet indignere. fortasse melius erit si intelligatur Priapum poscere poenam a fure et... dicat: habeas poenam'.*

v. 3. de *tuli* v. lect. pro *feram* supra dictum est.

XXV Urs.: *'deridet Homerum'; citat Virg. Aen. XII 214 etc.*

XXVI Urs.: *v. 5 salaciores: 'libidinosiores' — 7 exfut. (Ald.): 'fut.'.*

Ad (v. 7) Aldinae lect. *exfut.* Urs. eam adscripsit quam legimus in editione sine l. et a. (Parmae, A. Portilia 1478?, ap. Vollm.); procul dubio de quopiam cod. sumptam.

XXVIII Urs.: *v. 3. 'fasc.' verbum confirmat Hor. Acr. Porphyr. testimoniis.*

XXIX Urs.: *v. 4. patentes: 'aliqui legunt apertos'.*
Haec varians lectio videtur ducta ex IX 13, XXXVIII 2.

XXX Urs.: *v. 4. cur — aquam (Ald.) 'quas — aquas'.*
v. 4. *aquas* H V ς; at omnes *cur.*

XXXI Urs.: *proterva: 'quae proterva erit cum carpet'.*

XXXII Uvis aridior puella passis — —
quae suco caret atque putrix pumex 7
nemo viderit hanc ut expuentem — —
Ductor ferreus insularis aeque *etqs.* 13

Urs.: *v. 1. Catull.* ⟨*23, 12*⟩ *'sicciora cornu' — 5.* [*Tib.* ⟨*III 4, 6*⟩ *'Tuscis' — 7. 'al. ut putrisque' — 13. 14. ductor ferreus: 'Vulcanus. Ian. Parrhas. in Claud. de Raptu Proserp. III 596 in calce' — insularis aeque: 'insulariusque Pius legit in Scholiis Fulgentianis fol. 2' — Plaut.* ⟨*Aul. I 1, 189*⟩.

v. 7. *uti putrix* Guelf. 705, *usque putris* (*-ix*) plurimi, *ut putrisque* Guelf. 703, *atque putris* L, *usque et usque* (om. *pumex*) Corsin. (Pascal); versum om. A in initio paginae.

Atque petra pumex Pontanus, Scal.; *atque putra p.* Voss.; *ut perusta p.* Melissus; *ut peresa* (vel *porosa*) *p.* Heins.; *est putusque p.* L. Muell.; *estque pura p.* Baeh.; *usque quaque p.* vel *osque putridum fert* Buech.; *cui suco caret os putrisque pulmo* Heraeus; *usque et usque p.* Pascal, cum Corsiniano; 'sufficitne *est putrisque p.?*' Vollm.; *cui suco caretas putrisq. pulmo* Heraeus, RhM. 1915, p. 149 sq.

De pumicis ariditate mentionem hic fieri exspectes ('*aquam de pumice postulare*' Plaut. *Pers.* 41); otiosum igitur hic *putris* illud dicas. Aptius Melissus *perusta*; at femininum genus haud tolerandum Buech. statuit, licet Catullus *arida pumex* scripserit. Suspicor aut vocabulum aliquod excidisse et *putris* illud, nulla metri ratione habita, additum esse (inde ex correct. *putrisque*, alia), aut verbum hoc nihil aliud esse nisi dittographiam (*putrix: pumex*).

Conieci: ⟨ustus⟩ usque pumex, vel potius:

quae suco caret ⟨aret⟩ utque pumex.

De hyperb. cf. XIX 6, XXIV 3, cett.

Difficillimi duo postremi versus adhuc, me iudice, interpretatione egent.

Insulariusque Burmann (quem fugerat idem Pium coniecisse), Buech.; *insulariusve* Vollm. Lacunam post

v. 14 Pascal suspicatus est. Buecheleri sententia, quem secuti sunt omnes, 'ductor ferreus' est 'faber ferrarius' vel 'malleator'.

At quid habet communis faber ille ferrarius qui ferrum ducit cum insulari vel insulario qui lanternae fumum deterget? Ferri mentio autem parum opportuna vid., cum praesertim sententia prorsus ab hac aliena mox sequatur de lanterna fricando detergenda, quae multo magis ad rem esse videatur.

Si quis autem hic de lanterna tantum detergenda, non de mallei ictibus mentionem fieri credat, non video cur fabri ferrarii vel insularis insulariive hoc esse dicatur, cum vulgaris usus fuerit 'vulcanum in cornu conclusum gerere'.

Ad cornus igitur fumo intus oblitam interiorem partem identidem fricando detergendam opus fuit virgula quadam panno obvoluta ('ductarium' ferrum, Vitruvio X 2, 5 auctore, dixeris, quasi sit *ἡγητήρ*; cf. e. g. *προκαθηγητήρ* term. techn. q. d.), qua quidem nos quoque ad vitream flammae thecam naphthae fumo purgandam diu usi sumus.

Equidem suspicor *ἅπαξ λεγόμενον* illud 'ductorem ferreum' haud fabrum ferrarium significare sed virgulam ferream ad hunc aliosque huiuscemodi usus addictam.

Quamquam enim nomina verbalia agentium in *-tor* (*-sor*) exeuntia, valde apud nos ceterosque latinae linguae heredes usitata (cf. Diez, *gramm. lang. rom.* II 323 sqq.), recentioribus tantum temporibus ad inanima, instrumenta vel instrumentorum partes machinarumque adminicula etc. significanda increbruisse scimus (e. g. *rasor* v. pro *novacula* infimae latinitati est addicendum), haud tamen a sermone cotidiano aliena fuisse dixeris, siquidem, e. g. *acceptator* (*C. I. L.* XIV 16, 16) idem valuit atque *aditus*.

Vide, quaeso, apud Graecos agentium nomina in *-τηρ* exeuntia de rebus agentibus permulta usurpata (Fränkel, *nomina agentis*, p. 243).

Ap. Latinos quoque haec agentium nomina ad res tamquam agentes translata esse arguere licet, cum apud Caes. *b. g.* IV 17 *defensores* pontis sublicas dici videamus.

Eodemque fere modo quo *'adductorium'* nominatum esse comperimus velum *'credo quod curreret ducendo et reducendo, cum operiret atque aperiret ingressum'* (Itala: Aug. *quaest. hept.* 2, 8 in Thesauro, s. v.), opinari possumus — satis audacter, fateor — *ductoris* nomine virgulam illam, qua pannum 'ducendo et reducendo' lanternae cornu purgaretur, significatam esse.

Vulgare quidem nomen; at vulgaris sermonis, quod sive ad vocabula sive ad sententiae structuram attinet, exempla haud semel in Priapeis reperimus (cf. LXIII 18, XLIII 1, al.).

Ceterum haud scio an LII 3 'iam primum stator hic...' sub v. *stator* quoque, obsceno sensu dicto, aliquid lateat, quod nos fugit. Non video enim cui rei nitatur impudica translatio, quam, contra, manifestam deprehendo ap. Platonem com. I 648, fr. 174, 16 K. in v. *παραστάταιν*. De quo v. Fränkel, *o. c.*, p. 61 n. Fuitne *stator* = *staterae brachium*, obsc. signif.?

Venio nunc ad *insularis aeque* (*eque* A B *ęque* L). Pro quo infulatus aeque scribendum suspicor. Ut enim infula, quam saepe rubro colore fuisse scimus, caput ambibat, sic pannus virgulae ferreae superiorem partem ambisse credere licet. Quam apte autem translatio haec ad rem conveniat pluribus verbis explicare nolo.

Neque Priapum de parte tamquam de se ipso locutum esse mirum videatur; cf. XXXVIII 9, XXX 1, XLVIII 1.

XXXIII Urs.: *citat Agathiae ⟨Anth. Pal. V 302⟩ τὸν δ' ὑμέναιον.*

XXXIV Urs.: *v. 5. citat Mart. ⟨XI 46, 2⟩.*

XXXVI Notas habemus quisque corporis formas — —
fronte † crinitos Arcades vides Faunos *etqs.* 5
(Vollm.).

Urs.: *'ex Grae. l.º ms. εἰς ἄγαλμα ἐρώτων' ⟨Anth. Plan. IV 215⟩ 'simile epigramma Graecum' ⟨Anth. Plan. IV 214⟩ 5 'ὄπιθεν κομόωντας Arcadas Hom. Il. II ⟨542⟩ appellat' 9 'pectorosior' confirmat Plin. ⟨XIV 140⟩ allato.*

XXXVII 3 sqq. chirurgique manum miser timerem
dis me legitimis nimisque magnis
ut Phoebo, puta, filioque Phoebi *etqs.*

Urs.: *nihil adscripsit.*

v. 5 *diis* (*dis* Vollm.) *me legitimis* B, edd.; *me duçi medicis* A G *dum divis medicis* Baeh. — 6 *curatum* H V ς *curandam* A L; *verebar* L V *videbar* A H V ς.

Legitimos appellari deos quorum munus legitimum medicina habeatur monet Buech., qui *me* ex *dare*, *m.* ex *curatum* v. pendere opinatus est, quamquam structurae durities eum non fugit. *Verebar me dare*, ut *studeo me placere, volo me scire, si te accipere cupias* ferri posse concedo; perraram quidem structuram, sed haud a latino sermone, praesertim vulgari q. d., alienam esse scimus. Quam duriorem structuram durissimam, cod. A scriptura servata, effeceris, (*verebar me duci dare* = *ut darem;* infinit. final. q. d. cum verbis motum exprimentibus?).

At vix concedas ex archetypi scriptura *dis me legitimis* oriri potuisse codicis A *me duci medicis*. Immo veri similius videtur *me duci* vel sim. ante *medicis* excidisse, librorumque mss., praeter A, scripturam coniecturae deberi.

Epigramm. sententia haec esse videtur: Cum chirurgi manum timerem, deorum opem petere statui; at reverentia erga eos deterritus (nullus enim hic timori locus), sc. cum vererer ne deorum maiorum (*nimisque magnis*), ad quos aequum erat confugere, utpote qui medicae arti praeessent, partem laesam protendens, maiestatem minuerem, ad Priapum confugi. Igitur haud scio an satis sit legere: me diuis medicis. Littera *-s* omissa, *diui* facillime in *duci* transiit. *'Divus minor'* Priapus *'maioribus'* opponitur LIII 5.

XL Urs.: *v. 1. suburranas: b supra alt. r scripsit. — theletusa* (*sic Ald.*): 'θελέθουσα a τελέθω'.

XLII Laetus Aristagoras natis bene vilicus uvis
de cera † facta dat tibi poma deus.
at tu sacrati contentus imagine pomi
fac veros fructus ille, Priape, ferat. (Vollm.)

Urs.: *v. 2. facta: 'caesura produxit ultimam, quae natura brevis erat'. In mg. post 'facta' add. 'haec':*

v. 1. *laetus: letus* B *doctus* A (cf. Manil. *Astron.* I 84).

v. 2. 'haec' de cod. Ursinum sumpsisse manifestum est, alioqui traditam scripturam non defendisset. Idem acutissime divinavit Vollm.: '*an* facta ⟨haec⟩ ?'.

Pro *facta, facili* ς (Vollm.), Scal., Burm., Ovidii collatis verbis *utque novis facilis signatur cera figuris;* at ap. Ovidium adiectivum illud peculiarem propriamque vim habet, quam frustra quaeras in Priapeo; *parili* (sc. *uvis*) Baeh.; *flava* vel *fundi* Buech.; alia alii, inter quae fortasse *picta* praestat; at de adiectivi collocatione scrupulus mihi inicitur.

Vollmeri supplementum ⟨*haec*⟩, quod Urs. confirmat, propter elisionem qua pentametri elegantia foedaretur, Buech. respuit, qui *fructus* coniecit, vel *flava,* quod alterum otiosum esse vid. Totum versum refinxerunt Haupt (*-facta dat tibi dona deus*), Heins. (*-pacti dat tibi poma reus*). Obscuritatem quandam in hoc epigr. deprehendo. Priapei sententia haec esse potest: Aristagoram laetum uvis bene natis cereum pomum Priapo dicare, ut ubera poma (quae ad maturitatem post uvas pervenire notum est) percipiat.

At suscipiuntur vota aut persolvuntur. Quid Aristagoras ille? Deo grates, pro uvis bene natis, at nondum collectis (cf. Tib. I 5, 27 sq. 'illa deo sciet agricolae pro vitibus uvam pro segete spicas, pro grege ferre dapem') agit, an (cf. LIII 6) uberem pomorum perceptionem rogat? Utrique rei, ut vid., uno eodemque dono, consulit. Votum pro uvis persolvit, pro pomis suscipit; quod fieri posse concedo.

Aristagoras ille, mea sententia, ineunte vere, antequam vites fructus ederent, vota pro uvis susceperat; nunc, uvis bene natis, antequam mali fructus edant, vota eodem modo pro pomis suscipit. Igitur cod. A scriptura *doctus*, sc. deorum ope omnia feliciter evenire expertus, haud absurda esse videtur.

v. 2 autem *fructus* cum Buech. pro *facta* scribendum esse suspicor. Quod ad *poma deus,* forsitan legendum sit *pollicitus* (*m* ex *lli, a* ex *ci*).

Versus igitur fort. sic refingendus est:

de cera fructus dat tibi pollicitus.

Fructus scil. multigeneres (cf. Anth. Pal. VI 21; 22 etc.), ad vota pro uvis persolvenda; inter quos pomum, ad vota pro pomis suscipienda.

Pomum, dico (v. 3 *sacrati-pomi*); nam hic singularem pro plurativo numero positum esse vix tolerabile vid.

Verbis '*de cera fructus*' bene '*veri fructus*' opponuntur.

XLIII (post XLIV in Ald.)

Velle quid hanc dicas *etqs.*

Urs.: *v. 1. 'aliqui legunt: v. q. h. d., q. sic l. astem, ut sit ordo: quamvis sic astem ligneus, si qua puella d. os. med. m. quid dicas hanc velle? vel si legatur sim ligneus etc. ordo sit: si qua puel. d. os. m. mi. quamvis sim lig. quid, pro ad quid velle dicas hanc h.: quod minus placet'.*

v. 1. *quamvis sic l. astem* Dorvill.; *sim ligneus adstans* Baeh.

Locus, opinor, emendatione non eget; altera enim interpretatio, quae minus placebat Ursino, probabilis vid.

'*Nescis quid hanc h.... velit...?*' Ouwens; et ita Buech., Vollm., usitata locutione '*si quid me vis*' collata.

v. 4. *utetur* (*utatur* Baeh.). susp.; an *ut detur?* — *veris usibus: veris viribus* Buech., Vollm.; alia alii. Fuitne *venis utilis?* De *vena* (*r* ∼ *n* cf. III 3 *teret* ∼ *tenet*) v. XXXIII 2, Mart. VI 49, cett.; de *utili* LXXIII 4, LXXX 5.

XLV Cum quendam — deus videret
ferventi caput ustulare ferro
ut maurae similis foret puellae,
heus, inquit, tibi dicimus —;
uras te licet usque torquearis
num tandem prior es puella quaeso
quam *etqs.*

Urs.: *Ald. inscriptione 'Priapus' interlita: 'De Priapo; in puerum sibi capillos calamistrantem'; v. 6. 'appellat eum puellam'.*

v. 5. *torquearis* A B '*torqueasque* ε' Vollm.; 6 *es: est* ex ς recepit Pascal; 7 *quam* H V *qua* Scal.

Ure-et torque (alio autem sensu) Tib. I 5, 5.

Longum est referre vv. dd. interprett., quarum nullam probavit Vollm. ('Iocum nondum intellexerunt, ne Buech. quidem; *ἀδύνατον* est vere Priapeum: tu non magis poteris fieri puella, quam' etqs).

Equidem pro *quam* scrib. censeo *quom* (de hac in codd. scriptura cf. Vollm. praef. p. 39 'archaizant ita humanistae', atque v. XXV 5 *quoi*). Atque intellego: Paediatiam illam vel Proculam (*CIL* IV 7065, cf. Della Corte, *l. c.*) compellat Priapus: num credis te venustiorem esse 'puellam', cum *οὐλόθριξ* facta sis, i. e. cum capillos sic crispos habeas ut sunt...? Duplex argutia: in mores (*puella*), in comptum.

XLVI O non candidior puella mauro — —
manes hic licet: ut libenter ires, *etqs.* 6

Urs.: *v. 5. citat Ovid. ⟨Trist. V 7, 49⟩ laxis... brachis* (*sic*).

v. 5. '*indicisq. br.* ε' Vollm. qui *bracis; indicis libratis* A B, *indicisve bracis* Buech.

v. 6 sane corruptus.

Mantes, pro *manes,* Alciatus, L. Muell.; *mandes his* (*scil. statoribus et circitoribus,* de quibus tamen nulla hic fit mentio) Scal., quem secutus Buech. sic pergit: *ut libet tereris,* sed dubitanter; *mallem scilicet ut libenter ires,* (inepte ut vid. Buech.) Voss. ('nimirum libenter illam abituram fore nec spes erat Priapo nec votum' Buech.); *mallem scilicet ut libet perires* vel *ad mane hic licet ut libet perennis* L. Muell.; *mandes huic licet, ut libet, te inire* Baeh.; *manes* (a manandi verbc) atque '*ut*' pro '*quamvis*' positum ('puella, quamvis ad alios amores ire iam antea gestiret, tamen et hic *etqs.*') dubitanter Pascal; *malles huc* (*licet et libet*) *redire* Ellis, vel '*mannis*' pro '*manes*'; *manes hinc, licet ut liberet, ires* Vollm.

Iambicae basis in hendecasyll. exempla haud rara ap. Catullum inveniuntur; nusquam fortasse in Priapeis, praeter h. l., cum IV 2 *dicans* ex *dignas* ortum censeam. Neque tamen haec iambica basis in his epigrammatis non ad unam aetatem revocandis prorsus respuenda vid.

Quod si concedis, una litterula immutata, ex hoc epigr. aliquem sensum eruere licet.

Sic enim conieci:

manes hic? licet; at libenter ires.

Oleum et operam eam ibi manendo perdere Priapus significat; qua de causa, explicatur verbis quae secc. *nam* cett.

Sin autem *mānes* intolerandum videtur, acrioribus remediis corruptelae subveniendum esse concedas.

Canidias Saganasque nocte in desertis agris magicas artes exercere solitas scimus, terramque scalpentes ut inde manes elicerent (cf. Tib. I 2, 45 cett.).

Conicio:

Manes hinc licet, ut libet, ciere

(cf. Tib. I 2, 49, 50.

Sordidam illam puellam, iubente Priapo, magicas exercere artes in illo deserto agro potius decuit.

XLVIII Urs.: *v. 4 'quod-remitti' explicat graeco verbo.*

L v. 6 sq. totam comparibus priape nostris
cingemus tibi — coronis.

Urs.: *nihil adscripsit.*

v. 6. *cum paribus* G, quod recepit Baeh.; ita Buech., Vollm. ('id est cum *διδύμοις*'); *comparibus* A L; *similibus* H V; *subtilibus* Catinensis Pascali; *sutilibus* Heins., Pascal.

Ex *suttilibus* ortum esse *similibus* haud absurdum; at otiosum esse vid. adiect. *Similibus,* ad *comparibus* v. explicandum additum, in textum irrepsisse censeo, genuinaeque scripturae locum occupavisse. Quam fuisse *cum paribus* Baeh., Buech., Vollmero assentior.

Huius tamen *paribus* v. vulgo accepta interpretatio suspicionem movet, propter 'cingendi' verbum (quod, contra, apte quadrat c. XL 3; cf. Carm. latt. epigr. II 1504). Mea quidem sententia scriptum fuit

totam cum paribus Priape vittis.

uittis in *n̄ris*, quod pronomen frigere concedas, facile transire potuit. De *paribus* vittis ('ab utraque parte' dependentibus, Serv. ad *Aen.* X 538) v. quae vv. dd. ad Lucr. I 88 disseruerunt.

Coronas vittasque, ad nuptialem pompam spectantes (Stat. *Silv.* I 2, 248 sq. 'eat enthea vittis | atque hederis redimita cohors') commemorans, haud illepide poeta iocatus esse vid.

LI Urs.: *v. 1. suspicer: 'o' supra 'e' scripsit; 6. uvaeque quales flava non legit Crete ('non' atram. script. in ras.): 'al. flava legit Arete; Alcinoi uxor.'; 10. sorbumque etc.: 'Mart. ⟨XIII 26⟩ sorba — durantia* (sic) *ventres'; 11. praesigne: supra '-signe' scr. 'quinque'; v. 14-15. obelo distinguit; brassicae: '-as' supra '-ae' scr.; betasve: '-ae' supra '-as'; 16-17. 'porrum capitatum — cucurbita seminosa'.*

Ursini correctiones de libro ms. sumptae vidd.; *suspicor* A L, *suspicer* H V; v. 14 qui nunc editur: *'non brassicarum ferre glorior caules'* (*ferre glorior* Burm.; *fero* s. *fere gloriosior* c. codd.) sic est in Ald.: *non brassicae fero gulosior caules. 'Brassicas'* illud ineptissimum Urs. coniecturae deberi non vid.; idem dicatur de *'quinque'*, quod sensu caret.

LII Urs.: *v. 3: 'stator a sistendo'; 12 citat Catull. ⟨5, 12⟩.*

Quomodo v. *stator* interpretatus sit Urs. haud liquet. Fortasse, ut dixi, aliqua sub h. v. latet significatio antiquis perspicua.

LIII Urs.: *citat Tib. ⟨I 1, 10; II 5, 85⟩.*

v. 3. non est, mea sententia, cur codd. scriptura *desit* in *defit* cum Bronkh., Pascal immutetur; cf. v. 2 *cum capiant.*

LIV Urs.: *v. 2. sub T* [*sic Ald.*]: *'d [?] Te'.*

LV Urs.: *v. 6. Gallus: explicat ambiguam significat.; 'Lampsacus: Priapi patria'.*

LVI Urs.: *v. 2. citat Mart. ⟨VI 70, 5⟩.*

LVII Urs.: *v. 8. nummos: altero 'm' interl.*

v. 8. *numos* A (Vollm. p. 38), quam scripturam ad vetustius exemplar redire vides.

LXI Urs.: *ustulare, ad Catullum ⟨36, 8⟩ provocat.*

LXII Urs.: *de Canis sidere quaedam ex Ovid. et Tib.*

LXIII Parum est mihi quod hic fixi † sedem,
agente terra per caniculam rimas
siticulosam sustinemus aestatem *etqs.* (Vollm.)

Urs.: *v. 18. inventis: 'fortasse adinventis'.*

v. 1. *sedem* A *fidem* H V *pedem* L *parum est quod hic ut fiximus semel sedem* Lachm., *parumst q. h. cum fixerint mihi sedem* L. Muell., *p. e. m. q. h. cotidie fixi* vel *semel pedem fixi* Buech., *p. e. m. sedem quod hic simul fixi* vel *sedem hic quod ut semel fixi* Ellis, *p. c. m. q. h. fixi ut semel sedem* Pascal. — v. 18 parum feliciter rem gessit Ursinus coniectura illa *adinventis*, cui metrum repugnat.

Fuitne:

parum est mihi fixi quod hac pedem sede?

Cf. pentametri exitum *sede pedem* [Tib.] III 4, 24.

Pedem sing. num., de stipite. Verisimile est de pedibus vel pede mentionem fecisse Priapum qui mox de sinu capillis barba facturus esset. *Pedem* ante *sede* v. excidisse probabile vid.; inde verborum ordinem commutatum esse suspiceris.

LXIV Urs.: *citat Catulli* ⟨*25 1. 2*⟩.

LXV Hic tibi qui rostro crescentia lilia mersit
caeditur e tepida victima porcus hara.
Ne tamen extinctum facias pecus omne, Priape,
horti sit facias ianua clausa tui.

Urs.: *nihil adscripsit.*

v. 1. *mersit* (*morsit* Buech., Pascal, Vollm.; *rosit* vel *rasit* vel *carpsit* Heins.) apte de sue, qui rostro herbarum radices bulbaceas evellit effoditque (Arist. *h. a.* VIII 6 *ῥιζοφάγον δὲ μάλιστα ὗς κτλ.*) herbasque effossa terra obruit cf. Housman, Class. Rev. 29 (1915) p. 173.

3. *extinctum ε, exanimum ed. Argent. 1520,* Pascal, *extraneum* A B. '*conieci extra conficias* (*extra iungatur cum pecus omne*') Vollm.

Equidem, ex codd. A B scriptura, legendum esse suspicor: ne tamen exta meum facias pecus omne Priape; (vel *faciat*); i. e. ne porci mei omnes victimae tibi caedantur extaque sacrificio praebeant. Iterationem illam *facias-facias,* quam refellens Buech. v. 4 scripsit *posthac* pro *facias,* haud argutiae cuiusdam expertem dixeris.

LXVI Tu quae ne videas — —
hinc averteris, ut decet pudicam,
nimirum; nisi quod *etqs.*

Urs.: *nihil adscripsit.*

v. 3 *nimirum* A B *nil mirum* G, Pascal, *a mirum* Buech. Vollm. Cf. sim. Priapeorum locos:

VIII 4 Nimirum sapiunt *etqs.*
X 6 sq. Spectas me tamen et subinde rides;
nimirum tibi salsa res videtur *etqs.*
et LI, 27.

Ferri posse *nimirum* reor, dummodo *ut decet pudicam.* scripseris. Eodem f. modo Catalept. XII 6 'adeste nunc, adeste, ducit ut decet superbus ecce Noctuinus h.' scribendum censeo: (ut decet!). Nimirum pudicam decet; nisi quod.....

LXVII Penelopes primam Didonis prima sequatur
et primam Cani syllaba prima Remi *etqs.*

Urs.: *v. 2. cani: 'capitis'.*

v. 1. *Didonis* A L *dido fac* H V *Didus fac* Heins. Vollm. — 2 *cani* codd.: *Cadmi* Schryver, quam coniecturam acceperunt omnes praeter Pascal (qui *Caci*), *Cadmi* priorem syllabam *Cad-* non *Ca-* esse recte admonentem.

Ursini varia lectio *capitis* de cod. sumpta videtur, cum virum d. hic nomen proprium requiri nullo modo effugere potuerit. Censeo autem, sub illo *capitis, Capyis* nomen latere. At, ut in *pē(nelopes)* et *Dī(donis),* hic quoque syllabam productam forsitan voluerit poeta, ut totum cum partibus omnino, quod ad metrum attinet, consentiret.

LXVIII Rusticus indocte si quid dixisse videbor
da veniam; libros non lego, poma lego.
Sed rudis hic dominum toties audire legentem
constituique meras edidicique notas *etqs.*

Urs.: *v. 4. const. meras: 'constiti homereas'; meras: 'meracas' — 6. id: 'et'.*

v. 4. *constitui* B L G *carpsi* V *coris* A *choris* H; *chortis* Ellis *cogor* Heins. Vollm.; *homereas* (*-aeas ε*) Vollm., *homeriacas* Scal. *meracas* A B. — 6 *et* A L *id* H V.

Patet igitur has Urs. lectiones de cod. esse sumptas.

Heinsii *cogor* illud, quod editt. receperunt, quamquam ad sententiam apte quadrat, nimis a mss. tradita scriptura distat. Mihi quidem *coris* illud (A) nihil aliud esse videtur nisi verbi cuiusdam initium *cons.*

LXVIII alt. (in Ald. post v. 8 aliud epigr. incipit).

Urs.: '*sapit Ovidii venam*' — *v. 14. adscribit Palladae* ⟨*Anth. Pal. IX 166*⟩ *v. 5-6 — 15. Iliad.* ⟨*IX 186 sq.*⟩ *etc. — 22. moly: 'μῶλυ' — 24. iussa tulisse (sic Ald.): 'Al. vasa' — 28. penelopea: 'πηνελοπεία', etc.*

v. 22. *μῶλυ* Vollm. — 24. *vasa* codd. omnes, ut ex sil. videtur — *petisse: tulisse,* cum cod. Catinensi, Pascal.

LXXI Si commissa meae carpes pomaria curae
dulcia quid doleam perdere doctus eris.

Urs.: *nihil adscripsit.*

v. 2. *quid* codd.: *qui* Heins., Vollm.

Manifestam utriusque versus allitterationem nemo adhuc animadvertit. Vix enim casu accidisse mihi persuadeo ut prioris versus verbis, litteris *c - c - p - c* incipientibus, alterius verba *d - d - p - d* litteris incipientia responderent. Suspicor hoc epigr. sub figura pictum vel insculptum fuisse, vel in utroque versu C D litteras crassiore ductu exaratas fuisse. Hoc me monet epigr. LIV: C D si scribas *etqs.*

LXXII-LXXIII (LXXII Vollm.):

Tutelam pomarii diligens Priape facito *etqs.*
Quod movear non est, quia si furaberis ipse
grandia mala: tibi brachica macra dabo.

Urs.: *nihil hoc loco; at v. infra.*

v. 4. *bracchia* codd.

v. 1-2. cohaerent versibus 3-4. ap. Pascal, Vollm. all.; duo carmina in A B Ald. Quos temptarit numeros inquirere, Saturnios, Hipponacteos an Iambicos, qui incompta verba, numeris, ut puto, soluta, versibus 3-4 praeposuit, supervacaneum mihi videtur.

Neque operae pretium est multa proferre (ut quae de *brachiis* commenti sunt Scal. Buech. Vollm. Pascal, ambiguam significationem subesse suspicati), quibus viri docti alterum epigramma frustra sanare conati sint (quamquam Scal. *macra* v. nihil aliud esse nisi *μακρά* divinavit) nunc cum pretiosissimo Ursini additamento huius Priapei sententia argutiaque luce clariores factae sunt.

Ursinus enim, qui nihil ad hoc epigr. suo loco adnotavit, in f. 15r inferiore parte haec praebet:

'ex manuscripto p. v. ⟨pervetusto ?⟩ *libro'*

Quod movear non est, quia si furaberis ipse
grandia mala tibi *μακρὰ βραχεῖα* dabo.

'idest longa quae sua sunt vi brevia reddam; hoc igitur dixit obscure, si surripies mala pomave meo de horto, dabis poenas quas mereris, malum enim p. b. (?) *dabo tibi'*, aliaque addit de locutione *malum dare.*

Itaque, cum carmen duobus tantum versibus 3-4 constare confirmatur, tum verborum *bracchia macra* aenigma explicatur.

Neque aliter iocatum esse video Symphosium (LXXXIV 267 sq. Riese):

Nomen ovis graece *Malum*, multarum cura sororum;
hoc volo ne breviter mihi syllaba prima legatur.

Attamen, quamquam alterius versus sententia perspicua est, aliquam etiamnunc in epigr. obscuritatem deprehendas. Nam illud *ipse* utrum ad *furaberis* (ut adhuc viri docti intellexisse mihi vidd., quippe qui '*furaberis ipse,*' ediderint) an (quod verum mihi vid.) ad *dabo* referatur in incerto est.

Equidem scribendum censeo: *si furaberis, ipse... dabo* et illud *movear* servandum, quod Wrat., φ, Ursini 'p. v. codex' exhibent (*monear* Buech. *moneat* A *moneam* L V *moveat* H *moneas* Avancius).

Nam verba illa *tutelam-mutino* perperam carmini *quod-dabo* cohaerere manifestum est. Eum qui epigrammati verba illa admonentis cuiusdam praemisit, ut carmen quasi Priapi responsio intellegeretur, legisse *monear* liquet.

At potuitne ille qui Priapum ut pomarium diligenter custodiret hortabatur, furtum ipse facere?

Epigrammatis sententia haec mihi esse videtur: profitetur Priapus se neque precibus neque donis adduci ut furtum in pomario suae curae commisso fieri patiatur.

Ex illo autem *ipse-māla dabo* ad id adducor ut putem poma quaedam illi, gratissimum deo donum, quippe cuius in tutela praecipue essent pomaria, oblata esse ut coniveret (ut, fere, c. XXI). Priapus igitur sic fere loquitur: Cur me pomis oblatis temptas, ut coniveam? Si furaberis, māla ipse tibi dabo. Quae locutio adhuc in Latio viget, ubi vulgari sermone quod dicitur 'dare le mele' idem valet atque verberare.

LXXIII Urs.: *v. 4. aram: 'fortasse arrham' [arram ς].*

LXXV Urs.: *v. 3. Teneros: 'ae' supra 'e' scr. — 8. tutela: 'ae' supra 'e' scr. — post v. 14 add.: 'Mortales tibi Lampsacum dicarunt; sed hic nusquam in codicibus vetustis legitur'.*

Versum *mortales-dicarunt* interpolaverunt dett. codd.

v. 3. *Taenaros ε tenedos* (*-tos* A) B.

LXXVI Quod sim iam senior meumque canis
cum barba caput albicet capillis *etqs.*

Urs.: *nihil adscripsit.*

Initium deesse suspicatus est Buech., adprobantibus Pascal, Vollm. At cf. VI 1 sq.:

Quod sum [*sim* V, Ald.] ligneus, ut vides, Priapus.

Nihil ad sententiam desiderari vid. Simile initium v. ad LXXIX: Priape, quod *etqs.* Ad v. 3 cf. XLIIII 3.

LXXVII Immanem stomachum mihi videtis
qui densam facitis subinde saepem *etqs.*

Urs.: *'aliud a superiore in v. c.' v. 17. fibulam imponere quid valeat explicat.*

Priori cohaeret hoc epigr. in Ald., ut in A B.

v. 1. *videtis: movetis* vel *cietis* Burm., quas coniecturas respuit Vollm., obelo *vid.* v. notans.

Audacius fort. conicio:

Immanem stomachum! Mihi vietis

Imm. stomachum!, acc. exclam. q. d. *Viere*, Ennii Varronisque priscum verbum, cum derivatis (Walde s. v.; cf. *vitor* Plaut., Ter., Arnob., cet.) in agricolarum sermone diu permansisse suspicari licet.

Ait Priapus: 'Mihi (dat. incomm. q. d.) vietis, non furibus, vos qui' *etqs.*

LXXVIII Urs. *landace* (*sic Ald.*): *'laodice'.*

Haec quoque lectio ad cod. quempiam redit, quippe quae eodem modo atque illud *landace* sensu careat; *landice, laudice* codd. Est revera *landicae* (correxit Muncker).

LXXIX Urs.: *in mg. 'fol. 48. b' — v. 4. sarcinosior: 'fascinosior'.*

v. 4. *'fascinosior ε sarcinosior* codd.*'* Vollm.

Ursini nota de cod. quopiam sumpta vid.

LXXX Urs.: *v. 5. laudat Hom. Il. V 801.*

v. 4. *maius eo: m. ea* Barth; *aliquid* (pro *aliud*) *-m. ero* Bach.; *materiae* Buech.; *mancus eo* Vollm.

Conieceram quidem *inanis eo;* at tradita scr. ferri potest; *eo,* sc. *mensura.*

Prezzo: Lire TRENTA

This book is due two weeks from the last date stamped below, and if not returned at or before that time a fine of five cents a day will be incurred.

GL DEC 11 1985		
GL JAN 31 1986		

Book